

CIÓN

ST BAR II
No. 1906

kind of Furna
and Lime Kil
Locomotives, Sta
together.

of middle view



FIG. 5

of a set of bars



FIG. 4

GRIFITH'S
PATENT
COMBINATION
GRATE

FIG. 3


GRATE
PATENT
COMBINATION
GRATE

GRATE
PATENT
COMBINATION
GRATE

BX835
.1866
A35
1868
c.1

260

672-644



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





CONCILII
Plenarii Baltimorensis II.,

In Ecclesia Metropolitana Baltimorensi,

A DIE VII. AD DIEM XXI. OCTOBRI, A. D., MDCCCLXVI.,

HABITI, ET A SEDE APOSTOLICA RECOGNITI,

DECRETA.

PRÆSIDE, ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
MARTINO JOANNE SPALDING,
ARCHIEPISCOPO BALTIMORENSI, ET DELEGATO APOSTOLICO,




DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EXCUDEBAT JOANNES MURPHY,
SUMMI PONTIFICIS, ATQUE ARCHIEPISCOPI BALTIMORENSIS TYPOGRAPHUS.

BALTIMORÆ.

MDCCCLXVIII.




38200

BX 835

1866

A 35

1868



Entered, according to the Act of Congress, in the year 1868, by JOHN MURPHY,
in the Clerk's Office of the District Court of Maryland.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

CONSPECTUS

MATERIARUM ET CAPITUM.

DECRETA.

TITULUS I.

DE FIDE ORTHODOXA, DEQUE ERRORIBUS SERPENTIBUS.

	PAG.
Caput I. De Revelatione divina, et de unica Christi Ecclesia,	3
Caput II. De Fidei natura et necessitate,	9
Caput III. De Scriptura Sacra,	13
Caput IV. De Summa Trinitate,	15
Caput V. De Altera Vita,	17
Caput VI. De pia BB. Virginis Mariæ, et Sanctorum Veneratione et Invocatione,	19
Caput VII. De Erroribus Serpentibus,	22
1. Sectarum Colluvies,	22
2. Indifferentismus,	24
3. Unitarianismus et Universalismus,	26
4. Transcendentalismus et Pantheismus,	27
5. Magnetismi Abusus,	28
6. Spiritismi Hallucinationes et Pericula,	29

TITULUS II.

DE HIERARCHIA ET REGIMINE ECCLESIE.

Caput I. De Romano Pontifice,	34
Caput II. De Hierarchia Docente et Regente,	40
Caput III. De Conciliis Provincialibus,	45
Caput IV. De Synodis Diocesanis; deque Sacerdotum conventibus,	50
Caput V. De Consultoribus, Vicario Generali, Archidiacono, cæteris- que Episcopi Officialibus,	53

TITULUS III.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

Caput I. De Metropolitibus,	59
Caput II. De Episcopis,	62
Caput III. De Episcoporum Electione,	69

	PAG.
Caput IV. De Sacerdotibus Curam animarum habentibus,	75
Caput V. De Verbi Dei Prædicatoribus,	80
Caput VI. De Vita et Honestate Clericorum,	93
Caput VII. De Seminariis Ecclesiasticis constituendis et ordinandis,	105

TITULUS IV.

DE ECCLESIIS BONISQUE ECCLESIASTICIS TENENDIS TUTANDISQUE.

Caput Unicum,	111
-------------------------	-----

TITULUS V.

DE SACRAMENTIS.

Caput I. De Sacramentis in Genere,	121
Caput II. De Baptismo,	126
Caput III. De Confirmatione,	134
Caput IV. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento,	136
Caput V. De Pœnitentiâ,	145
Caput VI. De Indulgentiis,	158
Caput VII. De Extrema Unctione,	161
Caput VIII. De Ordine,	165
Caput IX. De Matrimonio,	170
Caput X. De Sacramentalibus,	178

TITULUS VI.

DE CULTU DIVINO.

Caput I. De Sacrosancto Missæ Sacrificio,	182
Caput II. De Benedictione Sanctissimi, et de Quadraginta Horarum Expositione,	193
Caput III. De Vesperis,	197

TITULUS VII.

DE DISCIPLINÆ UNIFORMITATE PROMOVENDA.

	PAG.
Caput I. De Uniformitate quoad Jejunia et Festa,	198
Caput II. De Uniformitate in aliis promovenda,	200

TITULUS VIII.

DE REGULARIBUS ET MONIALIBUS.

Caput I. De Regularibus,	209
Caput II. De Monialibus,	213

TITULUS IX.

DE JUVENTUTE INSTITUENDA, PIËQUE ERUDIENDA.

	PAG.
Caput I. De Scholis Parochialibus ubique fundandis,	218
Caput II. De Scholis Industriae, seu Reformatoriis constituendis,	225
Caput III. De Universitate Literarum fundanda,	227

TITULUS X.

DE SALUTE ANIMARUM EFFICACIUS PROMOVENDA.

Caput I. De Zelo Animarum,	229
Caput II. De Missionibus instituendis,	237
Caput III. De Confraternitatibus constituendis,	239
Caput IV. De Nigrorum Salute procuranda,	243

TITULUS XI.

DE LIBRIS ET EPHEMERIDIBUS.

Caput I. De fugienda pravorum Librorum lectione,	248
Caput II. De bonis Libris disseminandis,	252
Caput III. De Libris inter precandum adhibendis,	254
Caput IV. De Ephemeridibus,	256

TITULUS XII.

DE SOCIETATIBUS SECRETIS.

Caput Unicum,	260
-------------------------	-----

TITULUS XIII.

DE NOVARUM SEDIUM EPISCOPALIUM ERECTIONE, DEQUE CANDIDATORUM PRÆSENTATIONE.

Caput Unicum,	266
-------------------------	-----

TITULUS XIV.

DE EFFICACIORI DECRETORUM BALTIMORENSIUM EXECUTIONE PROMOVENDA.

Caput Unicum,	270
SUBSCRIPTIONES PATRUM,	271

DECRETUM PROMULGATIONIS.

LITERÆ ILL^æ ET REV^m DELEGATI APOSTOLICI, ACTA ET DECRETA
PLENARIÏ CONCILII BALTIMORENSIS II. PROMULGANTIS.



MARTINUS JOANNES SPALDING,

ARCHIEPISCOPUS BALTIMORENSIS, ET DELEGATUS APOSTOLICUS;
OMNIBUS METROPOLITIS, EPISCOPIS, VICARIIS APOSTOLI-
CIS, ABBATIBUS, CÆTERISQUE SYNODALIBUS, SIVE QUI AD-
FUERINT PLENARIO CONCILIO BALTIMORENSIS II., SIVE QUI
LEGITIME ABFUERINT;

SALUTEM IN DOMINO!

Quod Pontificiis Constitutionibus cautum est, et perpetua consuetudine obtinuit, ut Provincialium Conciliorum Acta et Decreta Romani Pontificis iudicio subjiciantur, hoc unanimi Vestrûm omnium suffragio factum fuisse nostis, cum Romam misimus quæcumque aut gesta aut constituta sunt in Concilio Nostro Plenario Baltimorensi II., Sanctæ Sedis auctoritate recognoscenda, et si quid forte minus recte subreperit, corrigenda. Itaque "diligenti inquisitione adhibita, paucisque exceptis correctionibus et animadversionibus," S. Congregatio de Prop. Fide, Sapientissimi Pontificis nomine, tandem rescribit, se eadem ACTA et DECRETA, "ut ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observentur, libentissime recognovisse." Hoc vero ut præsent, operæ pretium est, ut quæ Vestro consilio sapienter sancita ac statuta sunt, et suprema deinceps auctoritate recognita, legitima promulgatione omnibus innotescant.

Quamobrem Nostras esse partes sentimus, pro eo munere quod Nobis est demandatum, ut ACTA et DECRETA Concilii. ad mentem

Patrum et ad tramitem Instructionis S. Congregationis expolita atque accurate emendata, in vulgus prodeant: quod nunc fit, uti authentica testantur documenta in Archivo nostro asservata. Officio igitur satis facturi, ea quæ pollemus auctoritate leges, quas Patres in Concilio coacti sanxerunt, et S. Romana Sedes recognovit, quæ in Libro nunc vulgato, cui titulus "CONCILII PLENARIÏ BALTIMORENSIS II. ACTA ET DECRETA," etc., recensentur, legitime promulgamus, et ut legitime promulgatas ab omnibus, quorum interest, haberi jubemus. Atque hoc eo lætiores alacrioresque perficimus, quo certiores spem animo fovemus fore, ut hisce fidei disciplinæque præceptis institutisque imbuta vitæ ratio, rei Catholicæ in hac regione, quæ late patet, provehendæ magnopere conferat.

Verum, præter has Synodales sanctiones, quo ab omnibus servantur, promulgandas, ea quoque quæ quatuor capitibus continet Specialis quædam a S. Congregatione Instructio enixe Venerabilibus in Ecclesiarum cura Fratribus commendare diserte a S. C. monemur. Quæ autem ea sint, Instructio eadem, quam ACTIS inseruimus, fuse docebit.¹ Ea vero est Vestrûm omnium in Sanctam Sedem observantia, ut nec minimum ambigendi locum faciat, quin gravissimis S. Congregationis mandatis unusquisque pro virili parte morem gerere conetur.

Insuper hanc peropportunitatem nacti occasionem, pro munere Nostro ea Venerabilibus Fratribus in mentem etiam revocamus, quæ S. Congregatio Instructioe quadam Generali statuit,² de Collegio Americano Romæ Pii IX. P. M. humanitate et munificentia excitato; eosque in Domino obtestamur, ut tanto operi juvando collata stipe ne deficiant: et sicubi forte nondum Collationes a fidelibus fuerint corrogatæ, quod inter Concilii Patres convenit, eas quamprimum indicare ne graventur, et de pecunia hac ope redacta ad Illu^{mm} ac Rev^{mm} Antistitem Philadelphensem e vestigio referre, qui Congregationi Episcoporum huic negotio administrando, una cum Metropolitibus, juxta Patrum vota præpositorum præest.³

Quæ cum ita sint, illud superest, ut leges a Patribus in Concilio latas diligenter custodiamus, et naviter urgeamus, illisque plane imbui curemus adolescentes, qui in Seminariis præcipue ad Ecclesiæ ministeria

¹ Vide in Actis, p. CXLII.

² Confer Articulum 20. in Actis, p. CXXI.

³ Congregatio ista, quæ *Executiva* venit, ex Episcopis Philadelphensi, Novarcensi, Carolopolitano, Hartfordensi, et Electo Columbensi coalescit.



instituuntur. Quas enim animo tenent, et moribus exprimunt leges, facili ratione alios docebunt ad Sacerdotium evecti, et Catholicum nomen nova laude cumulabunt. Utinam et in hac re ecclesiarum Præsules strenuam navent operam: nullum enim magis quam legum latores earum et custodes et ultores esse decet. Hoc jam lege ipsa provisum est, ut nimirum eadem Plenarii Concilii scita et Provincialibus Conciliis, et Diœcesanis Synodis promulgentur; et in Diœcesium Visitatione caveatur ne eorum vis umquam labefactetur.

Interea Omnipotenti Deo, Patri Luminum, qui Nostrum omnium consiliiis, conatibus, laboribus, Ejus gloriæ amplificandæ, adeo felicem exitum Bonus indulsit, quam maximas agamus, immortalesque habeamus gratias, Eique ex imo cordis affectu non impares omnino referre studeamus. Nec sua desit grati animi significatio Mariæ Virgini ab origine Immaculatæ, quam sibi Americana Ecclesia principem Patronam jamdiu læta ascivit. Ipsa enim effusis precibus exorata Filium, fidei nostræ Auctorem et Consummatorem Jesum Nobis Nostroque operi conciliavit; et Mater suavissima, adjutrixque potentissima omni ope semper adfuit.

Datum ex ædibus nostris, Baltimoræ, in festo Ascensionis Domini, Anno Domini MDCCCLXVIII.

MARTINUS JOANNES,

*Archiepiscopus Baltimorensis,
Delegatus Apostolicus.*

THOMAS FOLEY, *Cancellarius.*

Concilii Plenarii Baltimorensis II.

DECRETA.

TITULUS I.

De Fide Orthodoxa, deque Erroribus serpentibus.

CAPUT I.

DE REVELATIONE DIVINA; ET DE UNICA CHRISTI ECCLESIA,
EXTRA QUAM NULLA EST SALUS.

1. Quam utilis, quamque necessaria fuerit divina Revelatio homini ad finem suum ultimum consequendum, vel ex eo patet, quod ignorantiae tenebræ ac vitiorum immunditiæ totum obduxerant orbem, antequam "per viscera misericordiae Dei nostri visitaret nos Oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedebant et in umbra mortis, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis."¹ Tristissimæ enim ac luctuosissimæ per sæcula quadraginta experientiæ humanæ documenta luculentissime probaverant, rationem humanam, prout hominum inerat universitati, haud valuisse ad illos edocendos viam

¹ Lucas, i., 78, 79.

instituuntur. Quas enim animo tenent, et moribus exprimunt leges, facili ratione alios docebunt ad Sacerdotium evecti, et Catholicum nomen nova laude cumulabunt. Utinam et in hac re ecclesiarum Præsules strenuam navent operam: nullum enim magis quam legum latores earum et custodes et ultores esse decet. Hoc jam lege ipsa provisum est, ut nimirum eadem Plenarii Concilii scita et Provincialibus Conciliis, et Diœcesanis Synodis promulgentur; et in Diœcesium Visitatione caveatur ne eorum vis umquam labefactetur.

Interea Omnipotenti Deo, Patri Luminum, qui Nostrum omnium consiliiis, conatibus, laboribus, Ejus gloriæ amplificandæ, adeo felicem exitum Bonus indulsit, quam maximas agamus, immortalesque habeamus gratias, Eique ex imo cordis affectu non impares omnino referre studeamus. Nec sua desit grati animi significatio Mariæ Virgini ab origine Immaculatæ, quam sibi Americana Ecclesia principem Patronam jamdiu læta ascivit. Ipsa enim effusis precibus exorata Filium, fidei nostræ Auctorem et Consummatorem Jesum Nobis Nostroque operi conciliavit; et Mater suavissima, adjutrixque potentissima omni ope semper adfuit.

Datum ex ædibus nostris, Baltimoræ, in festo Ascensionis Domini, Anno Domini MDCCCLXVIII.

MARTINUS JOANNES,

*Archiepiscopus Baltimorensis,
Delegatus Apostolicus.*

THOMAS FOLEY, *Cancellarius.*

Concilii Plenarii Baltimorensis II.

DECRETA.

TITULUS I.

De Fide Orthodoxa, deque Erroribus serpentibus.

CAPUT I.

DE REVELATIONE DIVINA; ET DE UNICA CHRISTI ECCLESIA, EXTRA QUAM NULLA EST SALUS.

1. Quam utilis, quamque necessaria fuerit divina Revelatio homini ad finem suum ultimum consequendum, vel ex eo patet, quod ignorantiae tenebræ ac vitiorum immunditiæ totum obduxerant orbem, antequam "per viscera misericordiæ Dei nostri visitaret nos Oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedebant et in umbra mortis, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis."¹ Tristissimæ enim ac luctuosissimæ per sæcula quadraginta experientiæ humanæ documenta luculentissime probaverant, rationem humanam, prout hominum inerat universitati, haud valuisse ad illos edocendos viam

¹ Lucas, i., 78, 79.

veritatis et rectæ vitæ quæ ad Deum duceret, hominesque qui se maxime sapientes philosophosque jactabant nec potuisse, nequidem voluisse, huic mederi communi populorum ignorantia.

Philosophi quippe Pagani nec inter se conveniebant vel de primariis ipsis religionis principiis, nec sibi proponebant in populum, quem profanum vocabant vulgus, sua spargere systemata, ipsique omnis generis erroribus involvebantur, omnibusque vitiis inserviebant. Uti enim ait Cicero, antiquorum philosophorum disertissimus: “Simul atque in lucem editi ac suscepti sumus, in omni continuo pravitate et in summa opinionum perversitate versamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.”¹ “Ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.”² Et saniores quidem gentilitatis philosophi in eam pervenerunt sententiam: “docere pietatem neminem posse, nisi Deus tanquam dux et magister præiverit.”³ Alii autem, juxta gentium Apostolum, “evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.”⁴

2. Tantæ miseræ humanæ spectaculo in compassionem motus Deus, “dixit de tenebris lucem splendescere, et illuxit Ipse in cordibus nostris;”⁵ “loquens nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum,”⁶ quemque fecit nobis, “Viam, Veritatem, et Vitam.”⁷ Et certe, uti clamat summus Pontifex Pius IX.:

3. “Quam multa, quam mira, quam splendida præsto sunt argumenta, quibus humana ratio luculentissime convinci omnino debet, divinam esse Christi Religionem, et ‘omne dogmatum nostrorum principium, radicem desuper ex cælorum Do-

¹ Tuscul. Quæst. L. 3, No. 1.

² Ibid.

³ Plato, in Epimonide.

⁴ Roman. i., 21, seqq.

⁵ II. Corinth. iv., 6.

⁶ Heb. i., 1.

⁷ Joan. xiv., 6.

mino accepisse’ (Sti. Joannis Chrysost. Homilia 1. in Isaiam); ac propterea nihil fide nostra certius, nihil securius, nihil sanctius extare, et quod firmioribus innitatur principiis. Hæc scilicet fides, vitæ magistra, salutis index, vitiorum omnium expultrix, ac virtutum fœcunda parens et altrix, divini sui Auctoris et Consummatoris Christi Jesu nativitate, vita, morte, resurrectione, sapientia, prodigiis, vaticinationibus confirmata, supernæ doctrinæ luce undique refulgens, ac cœlestium divitiarum ditata thesauris, tot Prophetarum prædictionibus, tot miraculorum splendore, tot Martyrum constantia, tot Sanctorum gloria vel maxime clara et insignis, salutares proferens Christi leges, ac majores in dies ex crudelissimis ipsis persecutionibus vires acquirens, universum orbem terra marique, a solis ortu usque ad occasum, uno Crucis Vexillo pervasit; atque idolorum profligata fallacia, errorum depulsa caligine, triumphatisque cujusque generis hostibus, omnes populos, gentes, nationes utcumque immanitate barbaras, ac indole, moribus, legibus, institutis diversas, divinæ cognitionis lumine illustravit, ac suavissimo ipsius Christi jugo subjecit, annuncians omnibus pacem, annuncians bona. Quæ certe omnia tanto divinæ Sapientiæ et potentiæ fulgore undique collucent, ut cujusque mens et cogitatio vel facile intelligat, Christianam fidem Dei opus esse. Itaque humana ratio, ex splendidissimis æque ac firmissimis argumentis clare aperteque cognoscens Deum ejusdem fidei Auctorem existere, ulterius progredi nequit, sed quavis difficultate ac dubitatione penitus abjecta ac remota, omne eidem fidei obsequium præbeat oportet, quum pro certo habeat a Deo traditum esse, quidquid fides ipsa hominibus credendum et agendum proponit.”¹

4. Ad custodiendam pretiosissimam hanc Revelationem, eamque usque ad mundi consummationem inviolatam conservandam, Christus Dominus Ecclesiam suam fundavit, in qua,

¹ Encyclica, 9, Nov. 1846.

tanquam in veritatis arce ac securo propugnaculo, omnes Religionis suæ veritates, sacramenta sancta, cæteraque omnia, quæ Ipse docuerat, instituerat, vel mandaverat pro hominum salute, secure conservarentur. Ecclesiam hanc Ipse, tanquam sapiens Architectus, supra petram ædificavit, eamque in basi solida constitutam divina sua promissione, quæ nunquam fallere poterit, licet cæli et terra transeant, quod “portæ inferi adversus eam non prævalebunt,”¹ Ipse firmavit. Omnibus autem districtum dedit præceptum hanc Ecclesiam audiendi, sub comminatione omnimodæ gratiæ suæ privationis: “Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.”² Est quippe Ipse constitutus “Caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus Ipsius, et plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimpletur.”³

5. Cum Catholica vero Ecclesia Deum Vivum ac Verum habeat Auctorem et Caput, sit oportet, sicut Ipse Deus, necessario unica ac divina; et qui illi voluntarie resistunt Dei ipsius auctoritati resistunt, sibi que damnationem adquirent. Cum nimirum plane omnibus præceperit Christus, ut Ecclesiæ suæ obtemperent, ejusque membra fiant ac obedientes filii, si velint salvi fieri, non modo nunquam extra Ecclesiam degentibus salutem promisit, verum etiam æternam damnationem comminatus est iis qui propria culpa extra Ecclesiam decedunt ex hac vita. Quod si invincibiliter errent, nec per ipsos steterit, quominus ad veræ Ecclesiæ agnitionem venerint, profecto Deus, qui neminem absque propria culpa punit seu damnat, quamvis hac inculpabili ignorantia detenti extra Ecclesiæ corpus, tamen si, gratia divina opitulante, obsecuti fuerint divinis mandatis, atque illis Christianæ fidei veritatibus quas agnoscunt, eorum miserebitur, ne in æternum pereant.

¹ Matt. xvi., 18.

² Ibid., xviii., 17.

³ Ephes. i., 22, 23; Coloss. i., 18.

6. Uti enim egregie hac super re disserit Beatissimus Pater Pius Papa IX.: “Errorem alterum nec minus exitiosum aliquas Catholici orbis partes occupasse non sine mœrore novimus, animisque sedisse plerumque Catholicorum, qui bene sperandum de æterna illorum salute putant, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur. Idcirco præcontari sæpenumero solent, quænam futura post obitum sit eorum sors et conditio, qui Catholicæ fidei minime addicti sunt, vanissimisque adducti rationibus responsum præstolantur, quod pravæ huic sententiæ suffragetur. Absit, Venerabiles Fratres, ut misericordiæ divinæ, quæ infinita est, terminos audeamus apponere; absit ut perscrutari velimus arcana consilia et judicia Dei, quæ sunt abyssus multa, nec humana queunt cogitatione penetrari. Quod vero Apostolici Nostri muneris est, episcopalem vestram et sollicitudinem et vigilantiam excitatam volumus, ut quantum potestis contendere, opinionem illam impiam æque ac funestam ab hominum mente propulsetis, nimirum quavis in religione reperiri posse æternæ salutis viam. Ea qua potestis solertia et doctrina, demonstratis curæ vestræ populis, miserationi ac justitiæ divinæ dogmata Catholicæ fidei nequaquam adversari. Tenendum quippe ex fide est, extra Apostolicam Romanam Ecclesiam salvum fieri neminem posse, hanc esse unicam salutis arcam, hanc qui non fuerit ingressus, diluvio periturum; sed tamen pro certo pariter habendum est, qui veræ Religionis ignorantia laborent, si ea sit invincibilis, nulla ipsos obstringi hujus rei culpa ante oculos Domini. Nunc vero, quis tantum sibi arroget, ut hujusmodi ignorantiae designare limites queat, juxta populorum, regionum, ingeniorum, aliarumque rerum tam multarum rationem et varietatem. Enimvero, cum soluti corporeis hisce vinculis videbimus Deum sicuti est, intelligemus profecto quam arcto pulchroque nexu misratio ac justitia divina copulentur; quamdiu vero in terris versa-

mur, mortali hac gravati mole quæ hebetat animam, firmissime teneamus ex Catholica doctrina, unum Deum esse, unam fidem, unum baptisma; ulterius inquirendo progredi nefas est. Ceterum prout caritatis ratio postulat, assiduas fundamus preces, ut omnes quaquaversus gentes ad Christum convertantur, communique hominum saluti pro viribus inseruiamus; neque enim abbreviata est manus Domini, gratiæque cœlestis dona nequaquam illis defutura sunt, qui hac luce recreari sincero animo velint et postulent.”¹

7. Animarum vero Pastores ardenti zelo pro errantium conversione et salute anhelent. Dum nequidem apicem unum sacri fidei depositi omittit, etiam pro totius mundi salute, illis licebit, studeant se omnia omnibus exhibere, ut omnes faciant salvos;² et alliciendo magis quam comminando omnes ad viam veritatis reducere satagent, atque tam verbo quam exemplo errantibus suadeant, quam pulchra et immaculata sit Christi Ecclesia, vera et unica sponsa Christi, et “quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum.”³

8. Dum fortiter in re, suaviter tamen in modo, cum hæreticis et deviis pertractent, memores Pii Papæ IX. moniti: “Notum Nobis Vobisque est, eos qui invincibili circa sanctissimam nostram Religionem ignorantia laborant, quique naturalem legem ejusque præcepta in omnium cordibus a Deo insculpta sedulo servantes, ac Deo obedire parati, honestam rectamque vitam agunt, posse, divinæ lucis et gratiæ operante virtute, æternam consequi vitam; cum Deus, qui omnium mentes, animos, cogitationes, habitusque plane intuetur, scrutatur, et noscit, pro summa sua bonitate et clementia minime patiat, quempiam æternis puniri suppliciis, qui voluntariæ culpæ reatum non habeat. * * Absit vero, ut Ecclesiæ Catholice filii ullo unquam modo inimici sint iis, qui iisdem fidei

¹ Allocutio in Consist. secreto, 9 Dec., 1854.

² I Corinth. ix., 22.

³ Psalm. cxxxii., 1.

charitatisque vinculis nobiscum minime sunt conjuncti; quin immo illos sive pauperes, sive ægrotantes, sive aliis quibusque ærumnis afflictos, omnibus Christianæ charitatis officiis prosequi, adjuvare semper studeant, et in primis ab errorum tenebris, in quibus misere jacent eripere, atque ad Catholicam veritatem et ad amantissimam matrem Ecclesiam reducere contendant, quæ maternas suas manus ad illos amantenter tendere, eosque ad suum sinum revocare nunquam desinit, ut in fide, spe, et charitate fundati ac stabiles, et in omni opere bono fructificantes, æternam assequantur salutem.”¹

CAPUT II.

DE FIDEI NATURA AC NECESSITATE.

9. “Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium;”² certa nimirum et immobilis animi convictio, auctoritati Dei ipsius revelantis nisa, quæ omne prorsus excludit dubium animique incertitudinem. Donum Dei est præcipuum, descendens in mentes et corda nostra a Patre Luminum, includens, secumve trahens omnia alia bona spiritualia. Nemini denegatur, qui a Deo, qui dat omnibus affluenter et non impropere, hanc sapientiam corde humili ac sincero postulat in fide nihil hæsitans;³ nemini vero obtruditur invito. Coöperari enim necesse est liberum hominis arbitrium cum summa Dei bonitate, “ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.”⁴

¹ Encyclica ad Cardinales, Archiepis. et Episcop. Italiae, Aug. 10, 1863.

² Heb. xi., 1.

³ Jacobi. i., 5, 6.

⁴ Concil. Trid., Sess. vi., c. 5.

10. Rationem vero humanam fidemque divinam minime esse sibi contrarias, potius autem esse inter se consentaneas, vel ex eo apparet, quod utraque ex Deo proveniat Auctore, qui in donis ac operibus suis sibi plane contradicere non potest. “Etsi enim fides sit supra rationem, nulla tamen vera dissensio nullumque dissidium inter ipsas inveniri unquam potest, cum ambæ ab uno eodemque immutabilis æternæque Veritatis Fonte, Deo Optimo Maximo orientes, atque ita sibi mutuam opem ferant, ut recta ratio fidei veritatem demonstret, tueatur, defendat; fides vero rationem ab omnibus erroribus liberet, eamque divinarum rerum cognitione mirifice illustret, confirmet, atque perficiat.”¹ Omnino igitur detestandus est error illorum philosophorum, qui infaustis in quos incidimus diebus scientiam vanam, quæ inflat, jactitantes, evanuerunt plane in cogitationibus suis; et “Religionem quidem munus esse fatentur longe præstantissimum a Deo hominibus datum, humanam nihilominus rationem tanto habent in pretio, tantopere extollunt, ut vel ipsi Religioni æquiparandam stultissime putent. Hinc, ex vanâ ipsorum opinione, Theologicæ disciplinæ perinde ac philosophicæ tractandæ sunt, cum tamen illæ fidei dogmatibus innitantur, quibus nihil firmitus, nihil stabilius, ista vero humana explicentur ac illustrentur ratione, quæ fallaciis ac præstigiis obnoxia est. Ita quidem rejecta Ecclesiæ auctoritate, difficillimis quibusque reconditisque quæstionibus latissimus patuit campus, ratioque humana infirmis suis confisa viribus licentius excurrens, turpissimos in errores lapsa est, qui in Religionis civilisque rei detrimentum illudque maximum redundarunt.”²

11. Contra scriptores varios, qui ultimis hisce temporibus circa fidei ac rationis limites veramque relationem huc illuc

¹ S. Pont. Pii Papæ IX., Encyclica, 9 Nov. 1846.

² Allocutio, S. D. Pii PP. IX., in Consist. Secreto, 9 Dec. 1854.

errarunt, sancta Sedes Apostolica sequentes statuit Theses quatuor, quibus omnes fere quæ hinc enascuntur difficultates enucleantur, quæque contra iniquos alterutrius osos rem Catholicam optime tuentur. Has igitur publice promulgandas duxerunt Patres:

I. “Etsi fides sit supra rationem, nulla tamen vera dissensio, nullum dissidium inter ipsas inveniri unquam potest, cum ambæ ab uno eodemque immutabili veritatis fonte, Deo optimo maximo, orientur, atque ita sibi mutuam opem ferant.

II. “Ratiocinatio Dei existentiam, animæ spiritualitatem, hominis libertatem, cum certitudine probare potest. Fides posterior est revelatione; proindeque, ad probandum Dei existentiam contra atheum, ad probandum animæ rationalis spiritualitatem ac libertatem contra naturalismi ac fatalismi sectatorem, allegari convenienter nequit.

III. “Rationis usus fidem præcedit, et ad eam hominem, ope revelationis et gratiæ, conducit.

IV. “Methodus qua usi sunt D. Thomas, D. Bonaventura, et alii post ipsos scholastici, non ad rationalismum ducit, neque causa fuit, cur apud scholas hodiernas philosophia in naturalismum et pantheismum impingeret. Proinde non licet in crimen doctoribus et magistris illis vertere, quod methodum hanc, præsertim approbante vel saltem tacente Ecclesia, usurpaverint.”¹

Hisce adjicere juvat propositionem Raymundi Lulli a Papa Gregorio XI. damnatam:

“Fides est necessaria hominibus rusticis, insciis, ministrilibus, et non habentibus intellectum elevatum, qui nesciunt cognoscere per rationem et diligunt cognoscere per fidem; sed homo subtilis facilius trahitur ad veritatem Christianam per rationem quam per fidem.”²

¹ Decret. S. C. Indicis, Junii 11, 1855, a Pio Papa IX. probat. Junii 15, ejusdem anni.

² Damnata, 7 Cal. Feb., 1376.

12. Fidei utilitatem omnimodamque ad salutem necessitatem declarat gentium Apostolus, scribens: "Sine fide autem impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit."¹ Ejusdem autem eximias divitias miro compendio exponit S. Augustinus: "Nullæ sunt majores divitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quam est Fides Catholica; quæ peccatores homines salvat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles justificat, pœnitentes reparat, justos augmentat, martyres coronat, virgines et viduas et conjuges casto pudore conservat, clericos ordinat, Sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hæreditate cum angelis sanctis communicat."²

13. Pastoribus igitur animarum nihil altius; nihil sanctius esse deberet, quam ut gregem sibi creditum Catholice Fidei pretium inestimabile edoceant, ejusque sancta principia omnium cordibus, opitulante Deo, magis magisque pro viribus imprimant; simulque pericula quæ illam ubique labefactari minitantur, præsertim vero apud juventutem incautam, demonstrare omni industria ac sollicitudine satagant. "Prædicent verbum; instent opportune, importune, arguant, obsecrent, increpent in omni patientia et doctrina; erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur."³ Hortentur fideles, ut "in omnibus sumant scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi extinguere."⁴ Moneant omnes præsertim, ut sectentur "Fidem quæ per charitatem operatur;"⁵ scientes quod "Fides, si non habeat opera, mortua sit in semetipsa."⁶ Omni zelo collaborent, ut eos qui misere errant, vel qui Fidei naufragium fecerunt, ad

¹ Ad. Heb. xi., 6.² Sermo 1, de Verbo Dei.³ II Timoth. iv., 2, 3.⁴ Ephes. vi., 16.⁵ Galat. v., 6.⁶ Jacob. ii., 17.

viam veritatis, verbis mansuetudinem et charitatem spirantibus, precibusque Deo pro eorum salute instanter fuis, feliciter perducant; ut omnes "unum Dominum, unam Fidem, unum baptisma"¹ agnoscentes, et "in uno ovili sub uno Pastore"² vitam tranquille degentes, tandem in gaudium Domini æternum ingrediantur.

CAPUT III.

DE SCRIPTURA SACRA.

14. Sancta Christi Ecclesia "perpetuo sibi ante oculos proponens, ut, sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii conservetur; quod promissum ante per prophetas in Scripturis sanctis, Dominus Noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinæ, omni creaturæ prædicare jussit; perspiciensque hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto traditionibus, quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt; orthodoxorum patrum exempla secuta, omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum utriusque Deus sit Auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur."³

15. Quum autem plurimum intersit, ut quæ in Sacris

¹ Ephes. iv., 5.² Joan. x., 16.³ Concil. Trid., Sess. iv., Decret. de Can. Scripturis.

12. Fidei utilitatem omnimodamque ad salutem necessitatem declarat gentium Apostolus, scribens: "Sine fide autem impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit."¹ Ejusdem autem eximias divitias miro compendio exponit S. Augustinus: "Nullæ sunt majores divitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quam est Fides Catholica; quæ peccatores homines salvat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles justificat, pœnitentes reparat, justos augmentat, martyres coronat, virgines et viduas et conjuges casto pudore conservat, clericos ordinat, Sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hæreditate cum angelis sanctis communicat."²

13. Pastoribus igitur animarum nihil altius; nihil sanctius esse deberet, quam ut gregem sibi creditum Catholice Fidei pretium inestimabile edoceant, ejusque sancta principia omnium cordibus, opitulante Deo, magis magisque pro viribus imprimant; simulque pericula quæ illam ubique labefactari minitantur, præsertim vero apud juventutem incautam, demonstrare omni industria ac sollicitudine satagant. "Prædicent verbum; instent opportune, importune, arguant, obsecrent, increpent in omni patientia et doctrina; erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur."³ Hortentur fideles, ut "in omnibus sumant scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi extinguere."⁴ Moneant omnes præsertim, ut sectentur "Fidem quæ per charitatem operatur;"⁵ scientes quod "Fides, si non habeat opera, mortua sit in semetipsa."⁶ Omni zelo collaborent, ut eos qui misere errant, vel qui Fidei naufragium fecerunt, ad

¹ Ad. Heb. xi., 6.² Sermo 1, de Verbo Dei.³ II Timoth. iv., 2, 3.⁴ Ephes. vi., 16.⁵ Galat. v., 6.⁶ Jacob. ii., 17.

viam veritatis, verbis mansuetudinem et charitatem spirantibus, precibusque Deo pro eorum salute instanter fuis, feliciter perducant; ut omnes "unum Dominum, unam Fidem, unum baptisma"¹ agnoscentes, et "in uno ovili sub uno Pastore"² vitam tranquille degentes, tandem in gaudium Domini æternum ingrediantur.

CAPUT III.

DE SCRIPTURA SACRA.

14. Sancta Christi Ecclesia "perpetuo sibi ante oculos proponens, ut, sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii conservetur; quod promissum ante per prophetas in Scripturis sanctis, Dominus Noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinæ, omni creaturæ prædicare jussit; perspiciensque hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto traditionibus, quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt; orthodoxorum patrum exempla secuta, omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum utriusque Deus sit Auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur."³

15. Quum autem plurimum intersit, ut quæ in Sacris

¹ Ephes. iv., 5.² Joan. x., 16.³ Concil. Trid., Sess. iv., Decret. de Can. Scripturis.

Scripturis continentur rite intelligantur, ne pro Verbo Dei verbum hominis seu nostrum tantum capiamus, sicque in errores gravissimos Scripturarum prætextu inducamur, memores præsertim moniti Apostolici in ipsis “quædam esse difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant ad suam ipsorum perditionem;”¹ ideo vestigiis inhæremus Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi decernentis, “ad coercenda petulantia ingenia, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei ac morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, Sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit ac tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum patrum, ipsam Scripturam Sacram interpretare audeat; etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contraverint, per Ordinarios declarentur, et pœnis a jure statutis puniantur.”²

16. Cum Sacrarum Scripturarum depositi, a Domino Ecclesiæ commisi, fidelis custodia ab Episcopis requiratur, ut totis viribus adnitantur ne verbum Dei, hominum fraude vel incuriâ adulteratum fidelibus præbeatur, omnes hujus Regionis animarum pastores vehementer hortamur, ut ea omnia quæ in re tanti momenti à S. conc. Trid. decreta, à Summis Pontificibus, præsertim à LEONE XII., et à PIO VIII. fel. rec. in suis litteris Encyclicis commendata, atque ab Ill^{mo} ac Rev^{mo} JOANNE CARROLL, Archiepiscopo Baltimorensi, unâ cum episcopis aliis hujus Regionis, in conventu habito anno 1810 statuta fuerunt, semper præ oculis habeant: biblia ab acatholicis vitiata à suis ovibus arceant, et nonnisi ex probatis versionibus atque editionibus, verbi Dei pabulum incorruptum illis desumere permittant. Statuimus igitur ut Duacensis versio, quæ in omnibus ecclesiis quarum fideles Anglicè loquuntur recepta, et à prædecessoribus nostris usui fidelium

¹ II Pet. iii., 16.

² Sess. iv., Decretum de Edit., &c. Retinetur ultimum Comma, ex Instructione Generali I. S. Congreg. supra.

meritò proposita est, omninò retineatur. Curabunt autem episcopi ut, juxta exemplar probatissimum ab ipsis designandum, omnes tum novi, tum veteris Testamenti Duacensis versionis editiones in posterum emendatissimè fiant, cum adnotationibus quæ ex sanctis Ecclesiæ Patribus, vel ex doctis catholicisque viris tantum desumptæ sint.¹

CAPUT IV.

DE SUMMA TRINITATE; ET DE DEO CREATORE, REDEMPTORE, AC SANCTIFICANTE.

17. Inprimis, “Fides Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur; neque confundentes Personas, neque Substantiam separantes;” * * ita ut “Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, una sit Divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas.”² “Nullus enim alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superest potestate. Aeternum quippe et sine initio est, quod Filius de Patre extitit; et æternum ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de Patre Filioque procedit.”³ Animo humili cordeque sincero, auctoritati infallibili Dei ipsius revelantis innisi, “firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, * * * Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus; tres quidem Personæ, sed una Essentia, Substantia, seu Natura, simplex omnino.”⁴ Personæ vero divinæ, quamvis inter se distinctæ, non tamen realiter distinguuntur a divina Essentia: nam “in Deo est Trinitas solummodo, non quater-

¹ Balt. Concill. Summarium, Num. 9. Confer quæ hæc super re monentur, in I. Instructione Generali S. Cong., num. 3., supra.

² Symb. Athan.

³ Concil. Florent. Decret. pro Jacobitis.

⁴ Concil. Lateran. iv., c. 1.

nitas; quia quælibet trium Personarum est illa res, videlicet Substantia, Essentia, seu Natura divina.”¹

18. Omnes vero tres Augustissimæ Trinitatis Personæ in bonum ac salutem hominum sunt coöperatæ. Et quamvis unica sit in Trinitate voluntas et operatio in omnibus ad extra, attamen speciales effectus unicuique personæ tribuuntur nuncupative, per appropriationem, nempe Creatio Patri, Redemptio Filio, Sanctificatio Spiritui Sancto. Pater enim de nihilo solaque sua volitione creavit cælum et terram, angelos et homines, omnesque omnino creaturas, visibiles ac invisibiles; Filius vero, “propter nos homines et propter nostram salutem, descendit de cœlis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est,”² vitamque suam dedit sanguinemque in cruce amantissime fudit, ad expianda omnium hominum peccata; Spiritus demum Sanctus, Dominus et vivificans, qui a Patre Filioque procedit, qui locutus est per prophetas,³ Fons est luminis, gratiarum, et amoris, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, quique dulcis est noster Comes ac Paraclitus in via nostra tenebris obducta, illuminans ac confortans in hac lacrymarum valle, donec nos tandem ad regna feliciter perducatur cœlorum.

19. Caveant autem Pastores ac doctores, ne fallaci humanæ scientiæ nimis fidentes, et a fidei simplicitate, et ab “intellectu quem Deus dat parvulis”⁴ deflectentes, “plus sapiant quam oporteat sapere;”⁵ memoresque sint Sapientiæ divinæ moniti, “qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.”⁶ Potius vero arma arripiant “militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.”⁷

¹ Ibid., c. 2, De errore Ab. Joachim.

⁴ Psalm. cxviii., 130.

⁶ Prov. xxv., 27.

² Symbol. Nicæno Constantinop.

⁵ Rom. xii., 3.

⁷ II Corinth. x., 4, 5

³ Ibid.

20. Hæc est “fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.”¹ Sublato enim Sanctissimæ Trinitatis dogmate, nullus esset Redemptor, Sanctificator animarum nullus; nulla maneret gratia supernaturalis, dempto ipsius Fonte vivo ac perenni; nulla forent sacramenta gratiam conferentia: uno verbo, nihil supernaturale remaneret, universa penitus destrueretur Christiana Religio, hominesque adhuc in eodem forent statu, ac si non fuisset promissus nec advenisset Redemptor, qui altiorem securioremque illis ad salutem demonstraret viam.

CAPUT V.

DE ALTERA VITA.

21. Semper docuit ac docet Sancta Catholica Ecclesia, justos qui in Christo dormiunt in vitam æternam in cœlis esse ingressuros, impios vero qui peccato mortali fœdati moriuntur in inferno igni æterno, “qui paratus est diabolo et angelis ejus,” esse deputandos, juxta sententiam a Domino nostro Jesu Christo solemniter in judicio ultimo proferendam; testante Evangelista de malis, “et ibunt hi in supplicium æternum,” de bonis vero, “justi autem in vitam æternam.”² Justi igitur cum Christo et angelis in perpetuas æternitates regnabunt, et “inebriabuntur ab ubertate domus ejus, et torrente voluptatis ejus potabuntur;”³ impii autem “in ardoribus sempiternis,”⁴ ubi erit “fletus et stridor dentium,”⁵ pœnas peccatorum suorum sine fine duraturas luent.

Illorum autem penitus damnamus Neotericorum errorem, qui, divinam prætexentes misericordiam, vel pœnarum in

¹ Symb. Athan.

³ Psalm. xxxiii., 9.

⁵ Luc. xiii., 28.

² Matth. xxv., 31-45.

⁴ Isaias xxxiii., 14.

inferno æternam denegant durationem, vel adeo earundem mitigant severitatem, ut vix atrocitati peccatorum justissimo Dei judicio puniendæ, idoneæ ac dignæ videantur; moneamusque Catholicos scriptores omnes, quatenus in ejusmodi arcanis Dei consiliis pertractandis ab omni speculationis novitate sedulo abstineant, sanæque doctrinæ forma verborum utantur.

22. Qui autem non peccato lethali, sed veniali tantum culpa maculati vita decedunt, vel qui nondum pro peccatis jam remissis divinæ justitiæ satisfecerint, profecto non in ignem æternum, diaboli angelorumque ejus consortio sociandi, tradentur, nequidem illico poterunt Jerusalem cœlestem ingredi, “in quam non intrabit aliquod coinquinatum;”¹ sed per ignes piaculares, donec divina fuerit propitiata justitia, transeuntes, “ipsi salvi erunt, sic tamen quasi per ignem.”² Sic et “justus Judex reddet unicuique secundum opera ejus.”³ Nam, uti Synodus Tridentina declarat, “cum Catholica Ecclesia, Spiritu Sancto edocta, ex sacris literis et antiqua patrum traditione, in sacris conciliis, et novissime in hac Œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari; præcepit S. Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, a sanctis patribus et sanctis Conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri, et ubique prædicari diligenter studeant. Apud rudem plebem difficilores ac subtiliores quæstiones, quæque ædificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur. Incerta item, vel quæ specie falsi laborant evulgari, ac tractari non permittant. Ea vero quæ ad curiositatem quandam, aut superstitionem, spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala, et fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum

¹ Apocal. xxi., 27.² I Corinth. iii., 25.³ Matth. xvi., 27.

suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta pie et devote fiant.”¹

CAPUT VI.

DE PIA VENERATIONE ET INVOCATIONE BEATISSIMÆ ET IMMACULATÆ VIRGINIS MARIE, SANCTORUMQUE CUM CHRISTO REGNANTIUM.

23. Sanctos cum Christo regnantes, utpote præcipuos Dei amicos, qui Ejus sanguinis pretiosi meritis vitam assequuti sunt æternam, quorumque “cum Deus coronat merita, nihil aliud coronat quam munera sua,”² Ecclesia Catholica semper est venerata, eorumque potentia per Christum Dominum suffragia semper pie invocavit. S. Synodus Tridentina igitur “mandat omnibus Episcopis, et cæteris docendi munus curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ usum, a primævis Christianæ Religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum conciliorum decreta, in primis de Sanctorum Intercessione, Invocatione, Reliquiarum honore, et legitimo Imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus offerre; bonum atque utile esse suppliciter eos invocare, et ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jesum Christum Dominum Nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere: illos vero qui negant Sanctos æterna felicitate in cœlo fruente invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel

¹ Sess. xxv., Decret. de Purgatorio.² S. Augustinus, Ep. exciv. ad Sixtum, No. 19.

eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, Invocationem esse idololatriam, vel pugnare cum Verbo Dei, adversarique honori unius Mediatoris Dei et hominum Jesu Christi; vel stultum esse in cœlo regnantibus voce vel mente supplicare; impie sentire.”¹ Sapientissime autem Episcopos monet, quatenus curent, ut “omnis superstitio in Sanctorum Invocatione, Reliquiarum veneratione, et Imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quæstus eliminetur.”² Caveant igitur animarum Pastores aliique sacerdotes, ne in concionibus ad populum habitis, vel in scriptis, exaggerationibus indulgeant, quæ nedum Sanctorum debitæ Venerationi conferrent, magis verò obsessent; potius doctrinæ ab Ecclesia traditæ simpliciter adhæreant, illamque fidelibus sine verborum ambiguitate diligenter et amanter explicant.

24. Inter omnes vero Dei charos, in cœlesti habitatione pro iis parata regnantes, facile præeminet Beatissima illa ac Immaculata Virgo, flos domus regię David, quam Gabriel plenam gratiæ salutavit; quam Elizabeth Spiritu Sancto plena Matrem Domini sui est pie venerata; quam, juxta ipsius vaticinium, omnes generationes Beatam prædicant in æternumque prædicabunt; quam Rex ipse Regum et Dominus Dominantium, cui omnis potestas est tradita in cœlo et in terra, in dulcem et purissimam suam Matrem elegit, cuique Ipse, Verbum Caro Factum, erat in terris subditus; quam angeli et archangeli, cherubim et seraphim, in cœlis venerantur; quam in cruce pendens, et pro nobis moriens, Dominus Noster Jesus Christus, mediante discipulo Suo dilecto, nobis omnibus ceu Matrem tenerrimam tradidit; quamque pro Matre omnes sancti Dei vel a Christianæ Religionis exordio pie susceperunt. Hanc, ob prævisa Filii sui merita, fuisse ab omni labe originalis peccati exemptam, vel a primo Conceptionis suæ instante, solemniter definivit Ecclesia; hancque

¹ Sess. xxv. De Invoc., &c., SS.

² Sess. xxv. Ibid.

demum, Patres Concilii Baltimorensis Provincialis VI., “ardentibus votis, plausu, consensuque unanimi, SINE LABE CONCEPTAM, in Patronam Americæ Fœderatæ Statuum elegerunt.”¹

Placet autem in re tam gravi verba ipsa referre, quibus Immaculatam Conceptionem Beatissimæ Virginis Pius Papa IX. solemniter definivit, orbe Catholico universo plaudente, ac vocem ejus tanquam Petri et ipsius Christi oraculum lubenter ac reverenter audiente et acceptante: “Quare postquam nunquam intermisimus in humilitate et jejunio privatas Nostras et publicas Ecclesiæ preces Deo Patri per Filium Ejus offerre, ut Spiritus Sancti virtute mentem Nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universæ cœlestis curiæ præsidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic adspirante, ad honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparæ, ad exaltationem fidei Catholicæ et Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, declaramus, pronunciamus, et definimus doctrinam, quæ tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari Dei omnipotentis gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter si qui secus ac a Nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumpserint corde sentire, ii noverint ac porro sciant, se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiæ defecisse, ac præterea facto ipso suo semet poenis a jure statutis subjicere, si quod corde sentiunt verbo aut scripto aut alio quovis externo modo significare ausi fuerint.”²

¹ Balt., Num. 69. Cf. etiam, Num. 73, 74.

² Constitutio, Ineffabilis Deus, 10. Dec.. 1854.

CAPUT VII.

DE ERRORIBUS SERPENTIBUS.

I.—*Sectarum Colluvies.*

25. Cum rejecissent novatores auctoritatem a Christo Domino Pastoribus Ecclesiae Suae traditam, “ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi,”¹ inde secutum est, ut unusquisque post consilium suum abierit, tanquam ovis sine pastore, et proinde sectae ac dissensiones in terris pullulaverint, ubi prius pax et unitas abundaverant; factique sint homines “sicut parvuli fluctuantes et circumlati omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.”² Jugum enim Christi et Ecclesiae sponsae ejus immaculae de humeris suis rejicientes, et falsam libertatem jactitantes, non amplius attulerunt fructus Spiritus, qui sunt “charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas;” sed potius operibus carnis se manciparunt, quae sunt manifesta, nempe, “fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, invidiae, ebrietates, commessiones, et his similia.”³

Hi sunt nimirum illi homines, quos gentium Apostolus clare praedixit in novissimis diebus, quando instabunt tempora periculosa, esse venturos: “Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores,

¹ Ephes. iv., 12, 13.

² Ibid.
22

³ Galat. v., 19, seqq.

protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei; habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.”¹

Hi sunt quos meminit idem Apostolus, scribens ad Romanos, quorum “obedientiam in omnem locum divulgatam esse” testatur: “Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offencula, praeter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab eis; hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri, et per dulces sermones, et benedictiones, seducunt corda innocentium.”² “Hi autem,” ait S. Judas, “quaecumque quidem ignorant, blasphemant; quaecumque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur; * * nubes sine aqua, quae a ventis circumferuntur, * * fluctus feri maris, despuantes suas confusiones; sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in aeternum.”³

26. Vestigia enim prementes haereticorum, qui a primis etiam Ecclesiae temporibus pullulaverant, novatores hodierni magis odio quam amore moventur, zelumque habent non in aedificationem, sed potius in destructionem;⁴ et quod Tertullianus de saeculi secundi sectariis scripsit, nostratibus etiam apprime convenit: — “Quid dicam? Cum hoc sit negotium illis, non ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si jacentibus elevationem operentur; quoniam et ipsum opus eorum non de suo proprio aedificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra suffodiunt, ut sua aedificent.”⁵

27. Ad horum misere errantium conversionem, quorum plurimi sunt bene dispositi, sed ab hominibus nequam et astutis in circumventionem erroris seducti, zelo flagrare debent

¹ II. Timoth. iii., 2, seqq.

² Rom. xvi., 17, 18.

³ Jud. 10, seqq.

⁴ II. Corinth. x., 8.

⁵ De Praescript., c. 41.

vel maximo animarum Pastores, fortiter quidem contra errorum duces eorumque principia pestifera invehentes, at leniter suaviterque cum multitudine pertractantes, qui magis persuasione quam denunciatione moventur. Ad unitatem et pacem omnes dulciter hortentur, annunciantes dictum Apostolicum: "Non enim est dissensionis Deus, sed pacis, sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo;"¹ et orationi continuæ instantes, Deum Omnipotentem magna fiducia invocent, ut omnibus ubique terrarum sublatis erroribus, veritas Dei et pax Christi, quæ omnem exsuperat sensum, hominum omnium mentibus cordibusque insideant ac dominantur. Cum dilecto enim Christi discipulo, bonus animarum Pastor sentire ac dicere deberet: "Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare."²

Spiritum Summi Pontificis feliciter regnantis hac in parte imitentur, ejusque verbis amorem paternum spirantibus sæpius utantur: "Cum autem Apostolica illa caritas, qua omnes populos et nationes in Christo complectimur, ita Nos urgeat, ut nihil prorsus aliud tam vehementer optemus, quam ut omnes occurrant in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, verba Nostra ad illos omnes qui a Nobis dissident, toto cordis affectu convertimus, eosque obtestamur in Domino, ut depulsa errorum caligine, veritatis lucem aspiciant, et ad sinum confugiant sanctæ Matris Ecclesiæ, atque ad hanc Petri Cathedralam, in qua Christus ejusdem Ecclesiæ suæ fundamentum posuit."³

II.—*Indifferentismus.*

28. Quid mirum, si inter tot sectarum perpetuo variantium fluctus agitati homines, in Indifferentismum quoad omnes sanctæ Religionis doctrinas cadant, eoque veniant usque dementiæ, ut palam asserant, parum interesse quid credant

¹ I. Corinth. xiv., 33.

² S. Joannes, Epist. iii.

³ Allocutio, Maii 20, 1850.

homines, quamve religionem amplectantur, dummodo mores suos juxta rectitudinis regulas atque ad honestatis ac justitiæ tramitem componere studeant! Hanc pestem nostris temporibus, sub specie caritatis ac benevolentiae, late grassantem, gravibus verbis et monitis cohibere sategerunt summi Pontifices, qui ultimis temporibus in Petri Cathedra tam magno Religionis profectu sederunt; illorumque declarationibus majestate Apostolica plenis, potius quam nostris, in re adeo gravi utemur:

"Alteram nunc persequimur causam malorum uberrimam, quibus affligari in præsens comploramus Ecclesiam, Indifferentismum scilicet, seu pravam illam opinionem; quæ improborum fraude ex omni parte percrebuit, qualibet fidei professione æternam posse animæ salutem comparari, si mores ad recti honestique normam exigantur. At facili sane negotio, in re perspicua planeque evidenti, errorem exitiosissimum a populis vestræ curæ concreditur propelletis. Admonente enim Apostolo, unum esse Deum, unam fidem, unum baptisma, extimescant qui e religione qualibet patere ad portum beatitudinis aditum comminiscuntur, reputentque animo ex ipsius Servatoris testimonio esse se contra Christum, quia cum Christo non sunt, seque infeliciter dispergere, quia cum ipso non colligunt."¹

29. "At quorsum hæc?" clamat alius Pontifex. "Secta quædam, vobis certe non ignota, Philosophiæ nomen sibi immerito usurpans, inordinatas omnium propemodum errorum phalanges e cineribus excitavit. Hæc siquidem blandam pietatis et liberalitatis speciem præferens, Tolerantismum, (sic enim aiunt,) seu Indifferentismum profitetur, atque extollit, non modo in rebus civilibus, de quo non est Nobis sermo, verum etiam in Religionis negotio, docens amplam unicuique libertatem a Deo factam esse, ut quæ cuique secta

¹ Gregorii XVI. Encyclica, Aug. 15, 1832.

juxta suum privatum judicium, vel opinionem arriserit, eam quisque sine salutis periculo amplecti, vel adoptare valeat.”¹

30. Nec minori vigore verborumque solemnitate contra hanc pestem invigilandum Episcopos monet Pius noster Papæ IX.: “Ignotum certe vobis non est, Venerabiles Fratres, multos hostium Catholicæ veritatis in id præsertim nostris temporibus conatus suos intendere, ut monstruosa quæque opinionum portenta æquiparare doctrinæ Christi, aut cum ea commiscere vellent, atque ita impium illud de cujuslibet religionis Indifferentia systema magis magisque propagare commoliuntur.”² Et iterum: “Huc spectat horrendum, ac vel ipsi naturalis rationis lumini maxime repugnans de cujuslibet religionis Indifferentia systema, quo isti veteratores, omnis virtutis et vitii, veritatis et erroris, honestatis et turpitudinis sublato discrimine, homines in cujusvis religionis cultu salutem assequi posse comminiscuntur, perinde ac si ulla unquam esse posset participatio justitiæ cum iniquitate, aut societas lucis ad tenebras, et conventio Christi ad Belial.”³

III.—Unitarianismus et Universalismus.

31. Indifferentismus ad incredulitatem infidelitatemque parat viam; nam si, contra Domini apertam declarationem, “qui non crediderit condemnabitur,”⁴ omnis homo quidquid credat, cuicumque adhæreat religioni, salvus nihilominus esse possit, parum interest, parumque ejus saluti nocet, si ipsa etiam Religionis Christianæ fundamenta subvertat, Christique Domini divinitatem aperte neget; si æternitatem pœnarum in altera vita, vel ipsarum etiam pœnarum existentiam, tanquam Dei bonitati repugnantem, penitus rejiciat; si demum, una cum divino Auctore Religionis Christianæ, ac principali

¹ Leo XII. Encyclica, Maii 3, 1824. Citat etiam textum Stî. Pauli ad Romanos, c. xvi., jam superius allatum.

² Allocutio, Dec. 17, 1847. ³ Encyclica, Nov. 9, 1846. ⁴ Marc. xvi., 16.

ejusdem per pœnarum comminationem sanctione, quidquid Religioni ipsi inest supernaturale omnino respuat, eamque systematibus philosophicis et ethicis mere humanis in omnibus fere æquiparet. Huc tendunt Unitarianorum ac Universalistarum hodiedum vigentia systemata; quorum primum Christi divinitatem, alterum vel pœnas inferni æternas, vel ipsum infernum negat. Atque infaustis quibus vivimus temporibus, hisque in Statibus, nefandæ istæ hæreses, seu potius impietates, quæ radices ipsas Religionis penitus evellere conantur, magis magisque, eheu! in dies crescunt; ita ut doctiores cultioresque inter sectarios nostrates illis libenter nomen dent, aperteque opprobrio suo gloriantur, tanquam ipsi majori cæteris minus in philosophia provectoris sint lumine illustrati, sacrasque ipsas Scripturas in partes suas detorquere laborent. Quorum blasphemis, ne simplices decipiantur, fortiter resistent Episcopi cæterique animarum Pastores.

IV.—Transcendentalismus et Pantheismus.

32. Quæ cum ita sint, quid mirandum si indies eorum numerus augeatur, qui, vix speciem seu larvam ipsam Christianitatis retinentes, in infidelitatem ruunt, sub nomine specioso et grandiloquo Transcendentalismi, vel ipsius Pantheismi! Cum Deum ipsum throno suo impie detrudant, quid mirum si hominem Deum facere satagant; si Omnia Deum, Deumque Omnia esse stultissime delirent? Rejecta enim Ecclesia Christi; rejecta summi Pontificis auctoritate; quid supererat, nisi ut rejiceretur Christus ipse, et Pater qui illum misit? Apostolis, nimirum, primis suis in terris ministris, dixerat Christus Dominus: “Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.”¹

¹ Lucas x., 16.

V.—*Magnetismi Abusus.*

33. "Semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes,"¹ sectarii hodierni, semper inquieto animo, ac in nova systemata quæ progressui, uti somniantur, religioso magis faveant anhelantes, nuper Magnetismi scientiam in adjutorium suum advocare, eamque contra Religionis sacra principia pervertere sunt conati. "Etenim compertum est, novum quoddam superstitionis genus invehi ex phenomenis Magneticis, quibus haud scientiis physicis enucleandis, ut par esset, sed decipiendis ac seducendis hominibus student neoterici plures, rati posse occulta, remota, ac futura detegi Magnetismi arte vel præstigio, præsertim ope muliercularum, quæ unice a Magnetizatoris nutu pendent."²

34. Ut Magnetismi autem abusus eliminarentur, simplicesque ejus præstigiis haud seducerentur, simulque scientiæ veræ jura indubia sarta tacta servarentur, sapiens hæc regula agendi fuit a Sancta Sede constituta: "Remoto omni errore, sortilegio, explicita aut implicita dæmonis invocatione, usus Magnetismi, nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vetitus, dummodo non tendat ad finem illicitum, aut quomodolibet pravum. Applicatio autem principiorum et mediorum pure physicorum ad res et effectus vere supernaturales, ut physice explicentur, non est nisi deceptio omnino illicita et hæreticalis."³

35. Propositæ vero regulæ explicationem eadem S. Congregatio tradit hujusmodi: "Quamquam generali hoc decreto satis explicetur licitudo, aut illicitudo, in usu aut abusu Magnetismi, tamen adeo crevit hominum malitia, ut neglecto licito studio scientiæ, potius curiosa sectantes, magna cum animarum

¹ II. Timoth. iii., 7.

² Encyclica C. S. O. ad omnes Episcopos, contra Magnetismi abusus, Aug. 4, 1856.

³ Decisio S. C. S. O., Julii 28, 1847.

jactura ipsiusque civilis societatis detrimento, ariolandi divinandique principium quoddam se nactos gloriantur. Hinc *Somnambulismi*, et *Claræ Intuitionis*, uti vocant, præstigiis mulierculæ illæ gesticulationibus non semper verecundis abreptæ, se invisibilia quæque conspiciere effutiunt, ac de ipsa Religione sermones instituere, animas mortuorum evocare, responsa accipere, ignota ac longinqua detegere, aliaque id genus superstitionosa exercere ausu temerario præsumunt, magnum quæstum sibi ac dominis suis divinando certo consecuturæ. In hisce omnibus, quacumque demum utantur arte vel illusionem, cum ordinentur media physica ad effectus non naturales, reperitur deceptio omnino illicita et hæreticalis, et scandalum contra honestatem morum. Igitur ad tantum nefas, et Religioni et civili societati infestissimum, efficaciter cohibendum, excitari quam maxime debet pastoralis sollicitudo, vigilantia, ac zelus Episcoporum omnium. Quapropter quantum divina adjutrice gratia poterunt locorum Ordinarii, qua paternæ caritatis monitis, qua severis objurgationibus, qua demum juris remediis adhibitis, prout attentis locorum, personarum, temporumque adjunctis, expedire in Domino judicaverint, omnem impendant operam ad hujusmodi Magnetismi abusus reprimendos et avellendos, ut Dominicus grex defendatur ab iniquo homine, depositum fidei sartum tectumque custodiat, et fideles sibi crediti a morum corruptione præserventur."¹

VI.—*Spiritismi Hallucinationes et pericula.*

36. Demum, inter serpentes nostratium errores, in ruinam animarum invector, locum principalem tenet *Spiritismus*; systema quoddam crudum et indigestum, ei de quo supra disseruimus, quodque *Magnetismi Animalis* nomine vulgo venit, in quibusdam affine, in hisce Statibus, uti videtur, primo

¹ Decisio S. C. S. O., Julii 28, 1847.

inventum, quo per signa quædam præstituta, et mediantibus quibusdam nervosi temperamentis personis — præcipue autem fœminis — cum spiritibus mundi invisibilis communicatio haberi prætenditur. Bene vero videtur esse exploratum, plura, quæ in Circulis Spiritismi exhiberi phænomena miranda dicuntur, esse vel omnino ementita et operatorum inter se collusione fraudulenta producta, vel personarum quæ dicuntur media imaginationi et spectatorum credulitati esse præsertim adscribenda, vel demum manuali cuidam dexteritati, qualis apud præstigiatores usu venit, esse tribuenda. Vix dubitandum tamen videtur, quædam saltem ex eis a Satanico interventu esse repetenda, cum vix alio modo satis explicari possint. Nec mirum videatur, si novissimis hisce diebus, in quibus instant tempora periculosa,¹ “in nos descendat diabolus, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet;”² et si antiquus ille humani generis hostis iterum Magiæ antiquæ Artem, sub aliis tamen formis, mundi conditioni præsentis magis convenientibus, ad hominum ruinam invehere studeat. Antiquum quippe illi est, qui “tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret,”³ ut “se transfiguret in angelum lucis,”⁴ majorem boni ac mali scientiam, sicut olim primis nostris parentibus, prætendens ac promittens.

37. Ex Scripturis Sacris sanctorumque patrum documentis constat, Angelos, tam bonos quam malos, in res humanas hominumque mentes et corda mirum sane in modum agere posse, eo potentius quo naturæ sint quam homines subtilioris; nihil vero omnino in homines posse, nisi mandante seu permitte Deo, cujus supremo imperio omnia subjiciuntur. De bonis Angelis nimirum clamat Apostolus: “Nonne omnes sunt administratorii spiritus, missi propter eos qui hæredita-

¹ II. Timoth. iii., 1.² Apocalyps. xii., 12.³ I. Pet. v., 8.⁴ II. Corinth. xii., 14.

tem capient salutis?”¹ et Psalmista: “Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis; in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.”² De malis vero scribit S. Paulus: “Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cœlestibus; propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.”³ Jacobus autem Apostolus posse nos, adjuvante Dei gratia, insidias diaboli superare plane asserit: “Resistite autem diabolo, et fugiet a vobis.”⁴ Familiare demum erat Christo Domino nostro declarare, Se ideo in mundum venisse, ut principem ejus diabolum foras ejiceret: “Nunc judicium est mundi; nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.”⁵ Dilectus autem ejus discipulus idem asserit: “Apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.”⁶

38. Nihil igitur potest diabolus in membra Christi, et filios Dei, qui “illi resistunt fortes in fide.”⁷ Quia, uti ait S. Augustinus, “ad hoc ergo ligatus est diabolus et inclusus in abyso, ut jam non seducat gentes, ex quibus constat Ecclesia, quas antea seductas tenebat, antequam esset Ecclesia.”⁸ “Non enim possunt dæmones quod non sinuntur efficere; sinuntur autem alto Dei summi justoque judicio, pro meritis eorum quos ab eis vel affligi tantum, vel etiam subjici ac decipi justum est.”⁹ Et iterum: “Quia etsi aliquid in his (hominibus) dæmones possunt, tantum possunt quantum secreto omnipotenti arbitrio permittuntur.”¹⁰ In illos vero solos homines habet potestatem diabolus, qui servi sunt peccatis et cupiditatibus subjiciuntur: “Non enim aliquem

¹ Heb. i., 14.² Psalm. xc., 11, 12.³ Ephes. vi., 12, 13. Vide etiam Deut. xviii., 9-12; et Act. xvi., 16-18.⁴ Jacob. iv., 7.⁵ Joan. xii., 31.⁶ I. Joan. iii., 8.⁷ I. Pet. v., 8.⁸ De Civitate Dei, L. xx., c. 7.⁹ Ibid., L. vii., c. 35.¹⁰ Ibid., L. ii., c. 23.

vincit, nisi societate peccati.”¹ “Per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus, et cor ejus tenet. Tales sunt omnes qui diligunt mundum.”² Pro cæteris autem, Christi veris militibus, “Dæmon est quasi canis, a Christo ligatus: latrare potest, sollicitare potest, mordere non potest nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit.”³

39. Quæ cum ita sint, quid mirum, si infaustis hisce temporibus, quando mundo et cupiditatibus magis quam Deo serviunt homines, etiam ii qui Christianos magis cæteris illuminatos sese jactitant, et quando “mundus totus in maligno positus est,”⁴ diabolus, pravorum hominum electione, sit iterum mundi hujus princeps constitutus; et si dominium suum in eos qui morderi ab eo volunt, per Spiritismi hallucinationes, iterum plane asserat? Cum numerus adeo ingens eorum, qui apud nos Christianos se nominant, nequidem sacro Baptismi lavacro sint mundati, et ideo nec de tenebris in lucem sint emersi nec Christum induerint, quid mirandum, si adhuc sub potestate principis mundi, tenebrarum harum, maneant, vel saltem ejusdem incuribus inermes exponantur?

40. De cætero, omnibus qui ephemerides librosque a Spiritismi ducibus nuper concinnatos perlegerunt perspicuum est, illos vel implicite vel etiam explicite Christum Dominum ejusque sanctam respuere Religionem, Christum Deum non esse, ejusque Religioni nihil inesse supernaturale blasphemare, veramque ac altiore philosophiam et sapientiam in Spiritismi fallacibus manifestationibus seu revelationibus esse quærendam insanire! Vere “evanuerunt in cogitationibus suis;” “dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.”⁵ Velle enim videntur, cum ipso paganismo, magiæ etiam paganæ ritus impuros sæculo nostro omni quo possunt modo restaurare.

¹ De Civ. Dei, L. x., c. 22.

² Augustinus, de Agone Christiano, Liber unicus, 1.

³ Sermo xxxvii., de David et Golia, etc., inter supposit. S. Augustini.

⁴ I. Joan. v., 19.

⁵ Rom. i., 21, 22.

41. Gaudemus autem in Domino, dilectos nostros in Christo filios, Catholicos fideles, haud fuisse hactenus peste ista infectos; hortamurque eos in Christo, ut nulla, vel indirecta ratione, Spiritismo faveant, et ne quidem ex curiositate ejus Circulis unquam adsistant. Qui domum enim diaboli ingrediuntur; timeant ne machinationibus ejus decipiantur imperioque subjiciantur. Contra nefandas nimirum horum hominum insidias, Spiritu afflatus prophético, nos monet Apostolus: “Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentés suam conscientiam.”¹

¹ I. Timoth. iv., 1, 2.

TITULUS II.

De Hierarchia et Regimine Ecclesiæ.

CAPUT I.

DE ROMANO PONTIFICE.

42. Patres hujus Concilii Plenarii, ex omnibus Statibus Fœderatis Americæ Septentrionalis congregati, præside Archiepiscopo Baltimorensi tanquam Apostolicæ Sedis Delegato, summum quo Sedem Apostolicam Romanam prosequuntur obsequium profitentur: agnoscunt quippe, juxta definitionem in concilio Florentino promulgatam, Romanum Pontificem successorem esse beati Petri principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum patrem et doctorem existere, et ipsi, in beato Petro, pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro JESU CHRISTO plenam potestatem traditam esse. Beatissimum igitur Pontificem Pium IX., caput totius episcopatus agnoscunt divino jure constitutum, ejusque esse fratres in fide confirmare, cum unus sit omnium pastor. Doctrinam insuper, quam ab Apostolis traditam in Ecclesiâ Romanâ constat semper esse servatam per episcoporum successionem, profitentur integram, prout in conciliorum œcumenicorum, præsertim Tridentini decretis, et in Summorum Pontificum constitutionibus explicata est.¹

43. Inter acerrimas procellas ab impiis hominibus excitatas, quibus nunc agitur Christi Ecclesia, et inter errorum pessimorum deliramenta, quæ ubique terrarum in animarum

¹ Balt. Plen. I. Num. 78.

ruinam disseminantur, perlibenter oculos convertimus ad Summum Pontificem, beati Petri Apostoli successorem, et ad illam Romanam Ecclesiam ad quam, teste Irenæo, "propter potiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles;"¹ ad firmissimam "Petri Cathedram atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est"²—juxta Cyprianum—quæ est etiam Ecclesiæ Catholicæ "radix et matrix;"³ ad quam Romanorum Ecclesiam, "quorum fides Apostolo prædicante laudata est, perfidia habere non possit accessum;"⁴ in qua, juxta Augustinum "semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus:"⁵ atque Pio IX., Pontifici feliciter regnanti, verba reverentiæ ac obediendiæ plena proferimus, quibus quarto Ecclesiæ sæculo Hieronymus Damasum est allocutus: "Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini Tuæ, id est, Cathedræ Petri, communionem consocior. Super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio."⁶

44. Petrum enim, a Christo Domino petram constitutum super quam ædificata est Ecclesia, adhuc vivere et loqui in successoribus in ejus Cathedra sedentibus, omnis antiquitas unanimes voce testatur. Romanus quippe Pontifex pro tempore existens totius gregis, et agnos et oves in orbe terrarum complectentis, curam pastorem et paternam semper habuit habetque; quod præclare quidem explicat S. Leo Magnus: "Quamvis singuli quique pastores speciali sollicitudine gregibus suis præsent, sciantque se pro commissis sibi ovibus red-

¹ Adv. Hæreses, L. iii., c. 3.

² Epist. ad Cornelium, 55, No. XIV. Edit. Migne.

³ Id., Ep. 45.

⁴ Id., paulo post verba citat. Epist. ad Cornelium; Edit. Migne.

⁵ Epist. 43, al. 162, ad Glorium, Cap. 3, Ibid.

⁶ Epist. XV., alias 57, ad Damasum Pap. edit. Migne.

dituros esse rationem, Nobis tamen cum omnibus cura communis est, neque cujusquam administratio non nostri laboris est portio; ut dum ad beati Apostoli Petri sedem ex toto orbe concurritur, et illa universalis Ecclesiae a Domino eidem commendata dilectio etiam ex nostra dispensatione deponitur, tanto amplius nobis instare oneris sentiamus, quanto cunctis majora debemus.”¹

45. Quæ cum ita sint, Nos reverenti profecto amore ac filiali obedientia suscipimus, ac, opitulante Deo, fideliter observabimus, ac a Nobis subditis observari curabimus, omnes et singulas Constitutiones Apostolicas, sive de fidei expositionibus ac declarationibus, sive de moribus ac disciplina tractent, quæ hactenus a Petri Cathedra emanaverunt, vel quæ deinceps in lucem edentur; atque quo hæ Constitutiones omnibus quorum intersit melius innotescant, illas, vel earum saltem summam promulgare diligenter satagemus, vel in hujus concilii Appendice, vel in Synodis nostris Provincialibus ac Diocesanis, quæ in posterum celebrabuntur.

46. Cumque Pontifex Romanus Primatus sui munera et jura, ut plurimum, mediantibus Cardinalium Congregationibus exercet, mandant hujus concilii Patres omnes ejusmodi decisiones seu instructiones, quæ vel pro universali Ecclesia datæ sunt, vel res ecclesiasticas in horum statuum Provinciis sive Diocesis respiciunt, esse non solum debite publicandas reverenterque suscipiendas, sed rite et ad amussim ab omnibus observandas. Nam de iis disserens quæ sunt ab Ecclesia clare definita ac proinde de fide, deque aliis quæ licet non quidem de fide sint, tamen non sine temeritatis nota a Catholicis rejicerentur, hæc sapienter scribit Pius PP. IX.:

“Sed cum agatur de illa subjectione, qua ex conscientia ii omnes Catholici obstringuntur, qui in contemplatrices scientias incumbunt, ut novas suis scriptis Ecclesiae afferant

¹ S. Leo, Sermo 4, al. 5, c. 2, in anniversario assumpt. suæ.

utilitates, idcirco ejusdem Conventus viri recognoscere debent, sapientibus Catholicis haud satis esse, ut præfata Ecclesiae dogmata recipiant ac venerentur, verum etiam opus esse, ut se subjiciant tum decisionibus, quæ ad doctrinam pertinentes a Pontificiis Congregationibus proferuntur, tum iis doctrinæ capitibus, quæ communi et constanti Catholicorum consensu retinentur ut theologicæ veritates et conclusiones ita certæ, ut opiniones eisdem doctrinæ capitibus adversæ, quanquam hæreticæ dici nequeant, tamen aliam theologiam mereantur censuram.”¹

Hinc Patres Concilii sentiendi et agendi rationem eorum rejiciunt et reprobant, qui omnia, quæ non expresse sunt definita quâ de fide Catholica, parvipendunt, atque opiniones tenent et propositiones ventilant, quæ a sensu Catholicorum communi alienissimæ sunt, ideoque scandalosæ et piarum aurium offensivæ.

47. Quamvis autem Romanorum Pontificum dominium temporale in Status Ecclesiae, seu Petri Patrimonium, nec fuerit ab initio a Deo collatum, nec sit de Primatus essentia, attamen utilissimum, et in præsentibus rerum adjunctis quodammodo necessarium esse videtur, ad hoc, ut possit Pontifex Primatus sui jura et officia pro Ecclesiae bono ubique terrarum libere exercere: quapropter perlubenter nos suffragia nostra totius Episcopatus Catholici votis addimus, quibus contra violentam Petri Patrimonii spoliationem sacrilegam alte fortiterque protestabantur. “Namque,” uti ait Pius Papa IX., “ex omnibus totius Catholici orbis regionibus innumerabiles pene accepimus, tum ecclesiasticorum tum laicorum hominum cujusque dignitatis, ordinis, gradus, et conditionis, Litteras, etiam a centenis Catholicorum millibus subscriptas, quibus ipsi filialem suam ergo Nos, et hanc Petri Cathedram devotionem ac venerationem luculenter confirmant, et rebellionem, aususque in nonnullis Nostris

¹ Litteræ ad Archiep. Monac. et Frising., datæ Dec. 21, 1863; de Conventibus Theologorum Germaniæ.

provinciis admissos, vehementer detestantes, beati Petri Patrimonium omnino integrum inviolatumque servandum, atque ab omni injuria defendendum esse contendunt.”¹

Nam “cum Catholica Ecclesia a Christo Domino fundata et instituta, ad sempiternam hominum salutem curandam, perfectæ societatis formam vi divinæ suæ institutionis obtinuerit, ea proinde libertate pollere debet, ut in sacro suo ministerio obeundo nulli civili potestati subiaceat. Et quoniam ad libere, ut par erat, agendum, iis indigebat præsiidiis, quæ temporum conditioni ac necessitati congruerent, idcirco singulari prorsus divinæ Providentiæ consilio factum est, ut cum Romanum corruit imperium et in plura fuit regna divisum, Romanus Pontifex, quem Christus totius Ecclesiæ suæ caput centrumque constituit, civilem assequeretur principatum. Quo sane a Deo sapientissime consultum est, ut in tanta temporalium principum multitudine ac varietate Summus Pontifex illa frueretur politica libertate, quæ tantopere necessaria est, ad spiritualem suam potestatem, auctoritatem, et jurisdictionem toto orbe absque ullo impedimento exercendam. Atque ita plane decebat, ne Catholico orbi ulla oriretur occasio dubitandi, impulsu fortasse civilium potestatum, vel partium studio, duci quandoque posse in universali procuratione gerenda Sedem illam, ad quam ‘propter potiorem principalitatem necesse est omnem ecclesiam convenire.’”²

“Infestissimi igitur Romanæ Ecclesiæ temporalis domini hostes, civilem ejusdem Ecclesiæ Romanique Pontificis principatum, cœlesti quadam rerum dispensatione, et vetusta per tot jam continentia sæcula possessione, ac justissimo quovis alio optimoque jure comparatum, et communi omnium populorum et principum vel acatholicorum consensione, uti sacrum inviolatumque beati Petri Patrimonium semper habitum ac defensum, invadere, labefactare, ac destruere connituntur; ut

¹ Epist. Encyclica, Jan. 19, 1860.

² Literæ Apost., Martii 26, 1860.

Romana Ecclesia suo spoliata patrimonio, Apostolicæ sedis Romanique Pontificis dignitatem majestatemque depriment, pessumdent, et liberius Sanctissimæ Religionis maxima quæque damna ac teterrimum bellum inferant, ipsamque Religionem, si fieri unquam posset, funditus evertant.”¹

Præclarissimis hisce Summi Pontificis verbis hujus Concilii Patres plenum præbuerunt mentis cordisque assensum.

48. Spectata demum inopia qua, ex sacrilega majoris et locupletioris partis Patrimonii sui spoliatione, laborat amantissimus Pater Pius Papa IX., æquum plane, dignum, justumque omnino esse reputamus, si Catholicus orbis universus, cujus bono spirituali totis viribus magnisque impensis die noctuque incumbit, illi in succursum perlubentissime veniat. Quapropter, ut etiam piæ hac in parte fidelium Nobis commissorum erga Pontificem devotioni faciamus satis, statuimus, ut in singulis horum Statuum ecclesiis, ubicumque existant, omnibus annis, Dominica infra octavam festi SS. Petri et Pauli, sive alio opportuno tempore, mandantibus locorum Ordinariis, quorum mandatum Dominica antecedente populo perlegetur a Pastore, fiant COLLECTÆ in subsidium Confraternitatis Sancti Petri; quarum summæ, et quidem ante festum Assumptæ in cœlum Beatissimæ Virginis Mariæ, ab Ordinariis respectivis locorum ad Metropolitanas mittantur, qui illas quamprimum ad Pontificis manus pervenire satagent; aut si uni vel alteri Ordinario magis placuerit, directe mittantur ad Summum Pontificem. Hæ autem Collectæ fient singulis annis per omnes nostras Provincias; donec summus Pontifex in jura sua feliciter restitutus, vel alia ratione a divina Providentia sublevatus, amplius ejusmodi haud indigeat auxilio.

¹ Allocutio in Consist. Secreto, 20 Junii, 1859. Jam recitaverat easdem fere rationes, quæ in parte superius extracta suppeditantur.

CAPUT II.

DE HIERARCHIA DOCENTE ET REGENTE.

49. Quo Ecclesiae suae unitati, integritati, ac perpetuae durationi securius provideret Christus Dominus, in ea constituit Hierarchiam sacram, Episcopos, Presbyteros, et Ministros complectentem;¹ "ad consummationem" nimirum "sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi,"² "quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis."³ Ordinibus vero superioribus alii etiam gradus ministerii inferiores sunt additi, ut melius dispensationes mysteriorum omnes ad Dei honorem populique fidelis aedificationem ordinarentur. "Hac enim certe mira varietate Ecclesia sancta circumdatur, ornatur, et regitur; cum alii in ea Pontifices, alii minoris ordinis sacerdotes, Diaconi, et Subdiaconi, diversorum ordinum viri consecrantur; et ex multis et alternae dignitatis membris unum corpus Christi efficitur."⁴ "Si quis" autem "dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel ordines ab ipsis collatos, sine populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione, esse irritos; aut eos qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros; anathema sit."⁵

50. Auctoritas quippe Ecclesiae, a Christo ipso Domino instituta pro salute hominum promovenda, in omnibus illis definiendis moderandisque quae fidem, mores, Ecclesiaeque

¹ Definitio Concil. Trid., Sess. xxiii., canon 6.

² Ephes. iv., 12.

³ I. Timoth. iii., 15.

⁴ Pontificale Roman., in ordinatione Presbyteri.

⁵ Concil. Trid., Sess. xxiii., canon 7.

ipsius regimen ac disciplinam respiciunt, est prorsus divina, atque nullatenus a civilis potestatis nutu seu arbitrio pendet. Huic enim Ecclesiae Christus Dominus, qui est ejusdem Caput supremum, plenam docendi, judicandi, ac regendi contulit potestatem, eique, Suo nomine, docenti ac regenti ita sua praesentia ac adsistentia ad usque consummationem saeculi adfuturum se promisit,¹ ut nunquam adversus eam, in petrae soliditate fundatam, portae inferi praevalere possent.² Episcopi igitur, qui sunt successores Apostolorum, quosque "Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo,"³ una cum suo in terris capite, Romano scilicet Pontifice, Petri successore ac Vicario Christi, consentientes ac judicantes, sive in conciliis generalibus congregati, sive per orbem terrarum sint dispersi, ita dono inerrantiae divinitus sunt praediti, ut nec a fide possit eorum corpus seu collegium unquam deficere, nec quidquam contra doctrinam a Deo revelatam possit definire: secus enim, homines, pro quorum salute Christus Ecclesiam instituit suumque profudit sanguinem, omni quoad fidem certitudine carerent, et erroris ac ruinae aeternae periculo subjacerent; idque quidem Christi ipsius ordinatione, qui illis ut Ecclesiam audirent, ejusque ministris, tanquam Sibi ipsi obtemperarent, solemniter mandavit:—quod plane et Dei sapientiae ac bonitati repugnat, totumque Christi consilium pro mundi redemptione destrueret, omnemque novae legis oeconomiam penitus subverteret.

51. Haec est nimirum Ecclesia Dei, et varietate et unitate et divina plane soliditate mire distincta, quae per orbem universum diffusa, omniumque nationum, sicut et omnium saeculorum, populos ulnis maternis complectens, et sub uno capite visibili in charitate ac integritate firmiter consistens, omnes, sicut praeeperat Christus, adhuc docet nationes, omnibus easdem ubique ac semper doctrinas, eadem praepcepta

¹ Matth. xxviii., 20.

² Matth. xvi., 18.

³ Acta Apost. xx., 28.

divina, eadem sancta tradit sacramenta. Ab infimis ad summum per varios ministerii gradus mirabili plane ordine ascendentis, tota ejus constitutio imaginem unitatis ac divinitatis ita sibi exhibet impressam, ut nemo, qui animo humili ac sincero veram Christi quærit Ecclesiam, in errorem incurrere posse videatur. Hujus autem soliditatis basis, ac unitatis firmamentum a Petri Cathedra, quæ est totius ædificii petra angularis ac inconcussa, sunt repetenda. Nam vel ab initio Ecclesiæ, teste S. Hieronymo, "inter duodecim (Apostolos) unus eligitur, ut, capite constituto, schismatis tollatur occasio."¹

52. "Atque hinc plane apparet, in quanto errore illi etiam versentur, qui ratione abutentes, ac Dei eloquia tanquam humanum opus existimantes, proprio arbitrio illa explicare, interpretari temere audent, cum Deus (ipse) vivam constituerit auctoritatem, quæ verum legitimumque cœlestis suæ revelationis sensum doceret, constabiliret, omnesque controversias in rebus fidei et morum infallibili judicio dirimeret, ne fideles circumferantur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, ad circumventionem erroris. Quæ quidem viva et infallibilis auctoritas in ea tantum viget Ecclesia, quæ a Christo Domino supra Petrum, totius Ecclesiæ caput, principem, et pastorem, cujus fidem nunquam defecturam promisit, ædificata, suos legitimos semper habet Pontifices sine intermissione ab ipso Petro ducentes originem in ejus Cathedra collocatos, et ejusdem etiam doctrinæ, dignitatis, honoris, ac potestatis hæredes et vindices. Et quoniam ubi Petrus ibi Ecclesia,² ac Petrus per Romanum Pontificem loquitur,³ et semper in suis successoribus vivit et judicium exercet,⁴ ac præstat quærentibus fidei veritatem;⁵ idcirco divina eloquia eo plane sensu sunt accipienda, quem tenuit ac tenet hæc

¹ Ad Jovin., L. i., c. 14.

² S. Ambros., in Psal. xl.

³ S. Petrus Chrysol. Epist. ad Eutychn., p. 38, Edit. Mansi.

⁴ Concil. Chalced., Act. ii.

⁵ Synod. Ephes., Act. iii.

Romana beatissimi Petri Cathedra, quæ omnium Ecclesiarum Mater et Magistra,¹ fidem a Christo Domino traditam integram inviolatamque semper servavit, eamque fideles edocuit, omnibus ostendens salutis semitam, et incorruptæ veritatis doctrinam."²

53. "Est autem singulorum Episcoporum Cathedræ Petri fidelissime adhærere, depositum sancte religioseque custodire, et pascere qui in eis est gregem Dei. Presbyteri vero subjecti sint oportet Episcopis, quos 'uti animæ parentes suscipiendos ab ipsis esse,' monet Hieronymus:³ nec unquam obliviscantur, se vetustis etiam canonibus vetari, quidpiam in suscepto ministerio agere, ac docendi et concionandi munus sibi sumere, 'sine sententia Episcopi, cujus fidei populus est creditus, et a quo pro animabus ratio exigetur.'⁴ Certum denique firmumque sit, eos omnes, qui adversus præstitutum hunc ordinem aliquid moliantur, statum Ecclesiæ, quantum in ipsis est, perturbare."⁵

54. Præclare autem de Ecclesiæ Dei libertate ab omni mundano imperio vel gubernio independenti, deque Ecclesiæ ipsius erga gubernium civile officiis, disserit Pontifex Nicolaus I., ad Michaelem Imperatorem scribens: "Vos autem, quæsumus, nolite præjudicium Dei Ecclesiæ irrogare; illa quippe nullum imperio vestro præjudicium infert, cum magis pro stabilitate ipsius æternam Divinitatem exoret, et pro incolumitate vestra et perpetua salute jugi devotione precetur. Nolite quæ sua sunt, usurpare; nolite quæ ipsi soli commissa sunt velle surripere, scientes quia tanto nimirum a sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum et militantium Deo

¹ Concil. Trid., Sess. vii., de Baptismo.

² Pii Papæ IX., Epist. Encyclica, 9 Nov., 1846.

³ Ad Nepot., Epist. 2, a. 1-24.

⁴ Ex Can. Apost., 38. Apud Labb. Tom. 1.

⁵ Gregorii XVI., Epist., Encyclica, 15 Aug., 1832.

nullis convenit negotiis sæcularibus implicari. Denique hi, quibus tantum humanis rebus, et non divinis præesse permissum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumant, penitus ignoramus. * * Sed cum ad verum ventum est eundem Regem atque Pontificem, ultra sibi nec imperator jura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorium usurpavit. Quoniam idem Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, ut et Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, et Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus.”¹

55. Quænam sit demum Ecclesiæ Catholicæ agendi ratio, quamque benefica sint et multiplicia ejus munera ac officia, præclaro præconio docet Augustinus: “Catholica Ecclesia non solum ipsum Deum, sed etiam proximi dilectionem atque charitatem ita complectitur, ut omnium morborum, quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud illam ipsam medicina præpolleat. Ipsa pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete senes, prout cujusque non corporis tantum, sed et animi ætas est, exercet et docet. Ipsa fœminas viris suis, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam sobolem, et ad rei familiaris societatem, casta et fidei obedientia subjicit; et viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliores sexum, sed sinceri amoris legibus præficit. Ipsa parentibus filios libera quadam servitute subjungit, parentes filiis pia dominatione præponit. Ipsa fratribus fratres Religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nequit, omnemque generis proquinquitatem et affinitatis necessitudinem, servatis

¹ Epist. 8, in Collect. Regia, p. 171, A. D. 865.

naturæ voluntatisque nexibus, mutua charitate constringit. Ipsa dominis servos non tam conditionis necessitate, quam officii delectatione docet adhærere; et dominos servis, summi Dei communis Domini consideratione placabiles, et ad consulendum magis quam coercendum propensiores facit. Ipsa cives civibus, gentes gentibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate conjungit. Docet reges prospicere populis, monet populos se subdere regibus. Quibus honor debeat, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus exhortatio, quibus disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium, sedulo docet, ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus charitas, et nulli debeat injuria.”¹

CAPUT III.

DE CONCILIIIS PROVINCIALIBUS.

56. Quam sint Ecclesiæ Catholicæ proficua Concilia Provincialia, quinam illis debeant interesse, qui sint fines illis celebrandis præstituti, et qua ratione sint convocanda ac habenda, satis indicat Sacrosancta Synodus Tridentina, antiquam Ecclesiæ legem et consuetudinem hac in parte renovans ac solemniter promulgans: “Provincialia Concilia, sicubi ommissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex sacris canonibus permissis, renoventur. Quare Metropolitanis per seipsos, seu illis legitime impeditis, Co-episcopus antiquior intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, et deinde quolibet saltem

¹ De Moribus Cath. Eccles., L. 1.

nullis convenit negotiis sæcularibus implicari. Denique hi, quibus tantum humanis rebus, et non divinis præesse permissum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumant, penitus ignoramus. * * Sed cum ad verum ventum est eundem Regem atque Pontificem, ultra sibi nec imperator jura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorium usurpavit. Quoniam idem Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, ut et Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, et Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus.”¹

55. Quænam sit demum Ecclesiæ Catholicæ agendi ratio, quamque benefica sint et multiplicia ejus munera ac officia, præclaro præconio docet Augustinus: “Catholica Ecclesia non solum ipsum Deum, sed etiam proximi dilectionem atque charitatem ita complectitur, ut omnium morborum, quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud illam ipsam medicina præpolleat. Ipsa pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete senes, prout cujusque non corporis tantum, sed et animi ætas est, exercet et docet. Ipsa fœminas viris suis, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam sobolem, et ad rei familiaris societatem, casta et fidei obedientia subjicit; et viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliores sexum, sed sinceri amoris legibus præficit. Ipsa parentibus filios libera quadam servitute subjungit, parentes filiis pia dominatione præponit. Ipsa fratribus fratres Religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nequit, omnemque generis proquinquitatem et affinitatis necessitudinem, servatis

¹ Epist. 8, in Collect. Regia, p. 171, A. D. 865.

naturæ voluntatisque nexibus, mutua charitate constringit. Ipsa dominis servos non tam conditionis necessitate, quam officii delectatione docet adhærere; et dominos servis, summi Dei communis Domini consideratione placabiles, et ad consulendum magis quam coercendum propensiores facit. Ipsa cives civibus, gentes gentibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate conjungit. Docet reges prospicere populis, monet populos se subdere regibus. Quibus honor debeat, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus exhortatio, quibus disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium, sedulo docet, ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus charitas, et nulli debeat injuria.”¹

CAPUT III.

DE CONCILIIIS PROVINCIALIBUS.

56. Quam sint Ecclesiæ Catholicæ proficua Concilia Provincialia, quinam illis debeant interesse, qui sint fines illis celebrandis præstituti, et qua ratione sint convocanda ac habenda, satis indicat Sacrosancta Synodus Tridentina, antiquam Ecclesiæ legem et consuetudinem hac in parte renovans ac solemniter promulgans: “Provincialia Concilia, sicubi ommissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex sacris canonibus permissis, renoventur. Quare Metropolitanæ per seipsos, seu illis legitime impeditis, Co-episcopus antiquior intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, et deinde quolibet saltem

¹ De Moribus Cath. Eccles., L. 1.

triennio, post octavam Paschæ Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore, pro more Provinciae, non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere; quo Episcopi omnes, et alii qui de jure vel consuetudine interesse debent, exceptis iis quibus cum imminente periculo transfretandum est, convenire omnino teneantur. * * * Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cujus Synodo Provinciali cum aliis interesse debeant, et quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant.”¹

57. Quæ quidem omnia, ut ad amussim hisce in Provinciis observentur, statuimus. Conciliorum autem Provincialium, quæ in singulis nostris Provinciis celebrabuntur, erit promulgare ac executioni dare fidei sanctæ definitiones generalisque Ecclesiæ disciplinæ statuta, ac nominatim hujus Plenarii Concilii Decreta, postquam fuerint a summo Pontifice recognita ac emendata. Præcipuum quippe hujusmodi Conciliorum, sicut et Plenariorum, munus in eo consistit, ut non solummodo legum Ecclesiæ generalium in Œcumenicis Conciliis et Pontificiis Constitutionibus latarum promulgationi ac executioni efficaciter providere satagant, sed etiam ut abusuum per fragilitatem humanam contra easdem invectorum correctioni invigilent, ac fidei sanctæ principia ab Ecclesia definita contra novatorum machinationes sarta tecta tueantur; ne grex Christi, alimenti salutaris loco, errorum veneno inficiatur.

58. Quum vero membra capiti adhærere in omnibus sit necesse, quumque qui Pontificem Romanum audit Petrum audit, qui que Petrum Christum ipsum Dominum audit, supremum scilicet Caput totius Ecclesiæ, quæ est Ejus corpus, sapientissime canonicis etiam sanctionibus est provisum, ut ejusmodi Conciliorum Decreta robur nullum habeant, donec

¹ Sess. xxiv., Cap. 2, de Reform.

Romani Pontificis judicio fuerint rata ac recognita.¹ Hac enim agendi ratione maxime elucet admirabilis Ecclesiæ unitas, cum a fonte ipso communi et perenni veritatis ac sanctitatis, “aquæ vivæ salientes in vitam æternam,”² in omnes vineæ Domini effluant partes, rivulisque suis salutaribus palmites omnes ita irrigent, ut “fructum afferant, fructusque eorum maneat.”³ Hinc nimirum est præsertim repetenda mira Ecclesiæ Catholicæ fertilitas, cum omnes “ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei”⁴ in Eo, qui est “Vitis vera,”⁵ tanquam palmites stipiti adhærentes, permaneant.

59. Quare studeant Metropolitanæ ac eorum Comprovinciales Episcopi in Concilio congregati, ut, collatis consiliis, ea statuunt Decreta, quæ, perspectis rerum adjunctis, magis in Domino illis idonea videantur ad doctrinas Ecclesiæ contra errores serpentes tuendas, ad mores fidelium sibi commissorum corrigendos; demum ad disciplinæ uniformitatem promovendam, ad tramitem disciplinæ generalis Ecclesiæ Catholicæ, prout in Pontificiis Constitutionibus ac in Conciliis generalibus declaratur ac definitur. Satagant vero præcipue, ut recentiores præsertim Summi Pontificis, qui est omnium Christianorum Pater et Doctor, Constitutiones et Literæ Apostolicæ ad omnium subditorum suorum notitiam quam citissime perveniant.

60. Provincialibus autem Conciliis debent interesse, primum, omnes Episcopi suffraganei; Diocesium Administratores a Sancta Sede constituti, legitime absentium Præsulum Procuratores, necnon et ii qui sede vacante Dioceses regunt; demum, Vicarii Apostolici, qui intra Provinciæ limites juris-

¹ Vide Benedicti xiv. De Synod. Diœc., Lib. xiii., c. 3; ubi de Constitutione Sixti V. late discurritur.

² Joan. iv., 11, 14.

³ Joan. xv., 16.

⁴ I. Corinth. iv., 1.

⁵ Joan. xv., 1.

dictionem exercent.¹ Hi omnes et soli, juxta jus commune, votum habent decisivum; deinde, cum voto consultativo, Episcopi auxiliares,² Capitulorum si quæ sint Cathedralium Procuratores, Abbates, Præpositi provinciales Regularium, Seminariorum majorum Rectores, si ita videatur Patribus; aliique omnes, qui de jure vel consuetudine vocandi sunt; “et demum, si qui sunt alii, qui, ut interessent, e re communi foret, aut quorum operâ Episcopi uti vellent.”³

61. Concilii Provincialis Officiales a Metropolitano, consentientibus Patribus, seliguntur; nempe Promotores, Cancellarius, Notarii, Secretarii, Judices Excusationum, Judices Querelarum, Magistri Cæremoniarum, cæterique minores.

Testes quoque Synodales olim nominabantur. Horum testium officium gravissimum ab Innocentio III. in Concilio Œcumenico Lateranensi IV. præfinitum,⁴ a S. Carolo Borromæo in Provincialibus suis Conciliis est renovatum, legibusque sapientissimis munitum: “Viri ecclesiastici ætate, moribusque graves, prudentes, ac virtutum Christianarum studiosi; et spiritualis vitæ amantes, in Concilio Provinciali a Metropolitano ex unaquaque Diœcesi duo saltem, in Synodo Diœcesana ab Episcopo e Diœcesi suâ septem pluresve, prout expedire viderit, Testes Synodales deligantur.”⁵ Istorum

¹ Cum ejusmodi enim Vicarii, licet a S. Sede immediate pendentes, et caractere Episcopali sint insigniti, et jurisdictionem intra districtus præfinitos ex mandato Apostolico habeant ab Ordinariis locorum independentem, quæque jurisdictioni Ordinariæ quodammodo æquiparari videatur; cumque ejusmodi districtuum negotia spiritualia ac temporalia in Conciliis Provincialibus representent, æquum profecto videretur, si voto polleant decisivo; quod etiam praxi ac consuetudine hisce in Provincialibus firmatur.

² Nisi contigerit quod hi, aliive Episcopi Titulares sine ordinaria jurisdictione intra fines Provinciæ degentes, unanimi Patrum suffragio ad votum decisivum habendum admittantur; juxta decisionem, per summaria precum, a Sacra Concilii Congregatione, die 24 Aug., 1850, in Aquensi redditam. Ad quæsitum nempe, utrum ejusmodi Titulares “votum decisivum ferre in Concilio Provinciali possint ac valeant?” Respondit S. C. C.: “Negative, nisi omnes et singuli Episcopi consentiant.”

³ Concil. Colon., A. D. 1860.

⁴ Liber V., Decret., Tit. 2, de Accus., Cap. Sicut olim.

⁵ Acta Eccles. Mediol., p. 147, Edit. Lugdun. 1683.

erat munus, “discretas personas interrogando simpliciter et de plano, absque ulla jurisdictione,” inquirere de modo quo in Diœcesi sua leges Ecclesiasticæ, Constitutionesque conciliares sive synodales observarentur, præcipue circa residentiam, verbi Dei diligentem prædicationem, divini cultus decus ac splendorem, sacramentorum rectam administrationem, animarumque debitam curam, præsertim vero parvulorum, a Pastoribus gerendam; et si quos notaverint abusus, vel quæ emendatione indigerent, ea omnia in scriptis Metropolitano vel Episcopo tenebantur referre, ante habitum Concilium Provinciale, sive Synodum Diœcesanam; ac deinde, post ejusdem inceptionem, examen coram Metropolitano vel Episcopo, ad ejusdem arbitrium, privatum de iisdem rebus subire debebant, omnibusque sibi propositis quæstionibus sincere simpliciterque respondere, singulaque fideliter referre, quæ ad gloriam Dei animarumque salutem promovendas magis ipsis videbantur in Domino opportuna.

At juxta Benedictum XIV., “Synodales Testes fere ubique desueverunt;” “in eorumque locum suffecti sunt Fisci Episcopi et Vicarii Foranei.”¹ Uti enim scribit sapientissimus idem Pontifex: “Mutantur in dies hominum mores, mutantur rerum circumstantiæ, et quod uno tempore utile erat, postea inutile, et quandoque perniciosum evadit. Prudentis autem Prælati est, in iis ad quæ superioris lege non adigitur, se loco et tempore accommodare, et quædam quæ olim in usu erant prætermittere, sicuti ad rectum suæ Diœcesis regimen magis expedire in Domino judicaverit.”²

62. Inter mala gravissima quæ Ecclesiam Dei ubique terrarum ultimis hisce temporibus misere affligunt, permagnum sane præsidium in Episcoporum Conventibus, juxta sapientes Ecclesiæ leges ac praxim habitis, invenitur. Dum enim, Spiritu Sancto invocato, Episcopi consilia conferunt, se mutuo

¹ De Synod. Diœc., L. iv., c. 3.

² De Synod. Diœc., L. v., c. 3, Num. 7.

solantur adjuvantque in opere Dei exequendo, et in providendis quæ efficacius animarum salutem promoveant. Nam, uti ait S. Carolus Borromæus, hujusmodi Conciliorum insignis patronus ac coryphæus, “natura et ratione ipsa ducimur, ut in gravioribus rebus deliberandis, aliorum consilia exquiramus, vel quod cautior deliberatio est, si ad nostrum iudicium multorum sententia accesserit, vel quia apud illos, quibus consulere maxime cupimus, majorem auctoritatem et pondus habet consultatio, in quam plures consenserint.”¹

CAPUT IV.

DE SYNODIS DIOECESANIS; DEQUE SACERDOTUM PASTORALIUM CIRCA QUESTIONES THEOLOGICAS COLLATIONIBUS STATUTIS TEMPORIBUS HABENDIS.

63. Sacrosanctum Tridentinum Concilium hac super re legem declarat Ecclesiæ generalem hisce verbis: “Synodi quoque Dioecesanæ quotannis celebrentur; ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere tenentur; ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.”²

64. Utilissimas autem esse Dioecesanæ Synodos, quum ex canonicis præscriptionibus, tum ex eo constat, quod præclaræ doctrinæ et sapientiæ Pontifex Benedictus XIV. de iis opus eximium et eruditione ecclesiastica refertum ediderit, in quo tamen singulari qua eminebat moderatione scribit: “Non idcirco tamen illis assentimur qui eas absolute necessarias

¹ Act. Eccl. Med., Ed. cit. p. 49.

² Sess. xxiv., Cap. 2. De Reform.

affirmant: quemadmodum enim Concilia Generalia, quamvis summopere utilia, non sunt tamen absolute et simpliciter necessaria pro Ecclesiæ universalis regimine, * * * ita Episcopales Synodi, etsi maximæ fructuosæ, non tamen absolute necessariæ dicendæ sunt pro recta Dioecesium administratione, cum alii suppetant modi assequendi eundem finem, ad quem Synodi tendunt.”¹

65. De fine vero Dioecesanis Synodis præstituto disserens, idem Pontifex his utitur verbis: “In Synodis redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conservando; ubi ea, quæ in Visitatione non dabatur exequi, executionem studiis communibus assequuntur; ubi de capite et membris, de fide et pietate, de Religione et cultu divino, de moribus et disciplina, de obedientia, de judiciis et rebus omnibus ad bene et Christiane vivendum commodis et necessariis tractatur atque statuitur.”² Et S. Carolus Borromæus: “Est generalis quædam Visitatio Synodus; alias enim per annum particulares quasdam ecclesias duntaxat visitamus, hic vero generatim sacerdotes omnes et clericos, atque in ipsis suo etiam modo populos eis commissos.”³

66. Præter sacerdotes curam animarum habentes, sive sint Sæculares sive Regulares, omnes etiam in dignitatibus quibuscumque constituti, rectores etiam Seminariorum, hujusmodi Synodis interesse debent. In iis autem solus Episcopus est legislator ac iudex, qui proprio nomine leges synodales fert ac promulgat. Etsi vero Constitutiones sola sua auctoritate, ac sine prævio cleri vel capituli consensu ac suffragio possit statuere Episcopus, decet tamen, ut prius omnium Synodaliū sententiam exquirat, patienterque audiat ac diligenter consideret; ut quod omnium consensu perficitur majorem sibi conciliet sanctionem, faciliusque efficaciusque executioni mandetur.

¹ Synod. Diœc., L. 1, c. 2, N. 5.

² De Syn. Diœc., L. 1, c. 2, N. 2.

³ In Allocut. in Synodo xi., Acta Eccles. Mediol. sup. cit.

67. Quod si, ob locorum distantiam aliaque peculiaria rerum adjuncta, magno foret incommodo Synodum quotannis celebrare, curent Episcopi, ut saltem post habitum ac a Sancta Sede recognitum Concilium Provinciale sive Plenarium, quam levissima interposita mora, Synodum convocent Diocesanam, in qua Statuta Provincialia seu Plenaria omnibus promulgentur, atque executioni dentur.

68. In succursum Synodorum Diocesanarum venient, vel earundem rarioris celebrationis defectum quodammodo supplere poterunt, sacerdotum de rebus Theologicis frequentes Collationes; quæ scientiæ sacræ rudimenta in omnium mentibus conservent, praxim sanam ac uniformem pro animarum directione promoveant, intellectus inertiam depellant, ac abusus eliminandi opportunam præbeant occasionem. In votis autem valde habemus, ut pro civitatibus, ubi facile convenire poterunt sacerdotes, quater in anno, vel in feriis secundis hebdomadas Quatuor Temporum antecedentibus, vel aliis diebus ab Ordinariis accurate designandis; in districtibus vero ruralibus, ubi difficilius possent in unum venire, bis saltem in anno hujusmodi habeantur sacerdotum conventus; quibus omnes curam gerentes animarum, sive sint Sæculares sive Regulares, adistere debeant. Normam etiam statuunt Episcopi pro hisce cœtibus tenendis; materiasque suggerant in iisdem pertractandas, quæ deberent esse potius ejusmodi quæ ad praxim spectent, quæque ad animarum salutem promovendam magis idoneæ judicentur.

69. Quæ hactenus sunt tradita, tam de Synodis Diocesanis quam de sacerdotum Collationibus, non tantum sunt quoad omnia canonicis sanctionibus ac Ecclesiæ Catholicæ et spiritui et praxi consentanea, sed etiam verbis gravissimis a Summo Pontifice Pio IX. Episcoporum sollicitudini sunt nuper inculcata. Imperii enim Austriaci Antistites alloquens, hæc scribit Pontifex: "Nec dissimilem diligentiam impendite in

Diocesanis Synodis juxta sacrorum canonum normam celebrandis, ea præcipue statuentes, quæ ad majus cujusque Vestræ Diocesis bonum spectare pro Vestra prudentia duxeritis. Ne vero in sacerdotibus, qui doctrinæ et lectioni attendere debent, quique obstricti sunt officio docendi populum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, et ministrandi sacramenta, sacrarum disciplinarum studium unquam restringatur, aut languescat industria, optatissimum Nobis est, ut a Vobis, ubi fieri possit, in omnibus Vestrarum Diocesium regionibus, instituantur opportunis regulis Congressus de morum præsertim Theologiâ, ac de sacris Ritibus, ad quos singuli potissimum Presbyteri teneantur accedere, et afferre scripto consignatam propositæ a Vobis quæstionis explicationem, et aliquo temporis spatio a Vobis præfiniendo inter se disserere de morali Theologiâ, deque sacrorum Rituum disciplina, postquam aliquis ex ipsis Presbyteris sermonem de sacerdotalibus præcipue officiis habuerit."¹

CAPUT V.

DE CONSULTORIBUS, VICARIO GENERALI, ARCHIDIACONO, CÆTERISQUE EPISCOPI OFFICIALIBUS.

70. Quum Episcopi, hisce præsertim in Provinciis, sint adeo laboribus onusti, curisque in Diocesana administratione tam in temporalibus quam in spiritualibus distenti, ut gravibus quibus incumbunt muneribus rite adimplendis vix soli sufficiant, in adjutorium suum sacerdotes pietate, zelo, prudentia, ac doctrina conspicuos vocare oportet, qui consiliis sapientibus eos adjuvent, nonnihilque gravissimi oneris ac sollicitudinis Episcopalis in humeros suos libenter suscipiant.

¹ Encyclica, ut sup., 17 Martii, 1856.

67. Quod si, ob locorum distantiam aliaque peculiaria rerum adjuncta, magno foret incommodo Synodum quotannis celebrare, curent Episcopi, ut saltem post habitum ac a Sancta Sede recognitum Concilium Provinciale sive Plenarium, quam levissima interposita mora, Synodum convocent Diocesanam, in qua Statuta Provincialia seu Plenaria omnibus promulgentur, atque executioni dentur.

68. In succursum Synodorum Diocesanarum venient, vel earundem rarioris celebrationis defectum quodammodo supplere poterunt, sacerdotum de rebus Theologicis frequentes Collationes; quæ scientiæ sacræ rudimenta in omnium mentibus conservent, praxim sanam ac uniformem pro animarum directione promoveant, intellectus inertiam depellant, ac abusus eliminandi opportunam præbeant occasionem. In votis autem valde habemus, ut pro civitatibus, ubi facile convenire poterunt sacerdotes, quater in anno, vel in feriis secundis hebdomadas Quatuor Temporum antecedentibus, vel aliis diebus ab Ordinariis accurate designandis; in districtibus vero ruralibus, ubi difficilius possent in unum venire, bis saltem in anno hujusmodi habeantur sacerdotum conventus; quibus omnes curam gerentes animarum, sive sint Sæculares sive Regulares, adistere debeant. Normam etiam statuunt Episcopi pro hisce cœtibus tenendis; materiasque suggerant in iisdem pertractandas, quæ deberent esse potius ejusmodi quæ ad praxim spectent, quæque ad animarum salutem promovendam magis idoneæ judicentur.

69. Quæ hactenus sunt tradita, tam de Synodis Diocesanis quam de sacerdotum Collationibus, non tantum sunt quoad omnia canonicis sanctionibus ac Ecclesiæ Catholicæ et spiritui et praxi consentanea, sed etiam verbis gravissimis a Summo Pontifice Pio IX. Episcoporum sollicitudini sunt nuper inculcata. Imperii enim Austriaci Antistites alloquens, hæc scribit Pontifex: "Nec dissimilem diligentiam impendite in

Diocesanis Synodis juxta sacrorum canonum normam celebrandis, ea præcipue statuentes, quæ ad majus cujusque Vestræ Diocesis bonum spectare pro Vestra prudentia duxeritis. Ne vero in sacerdotibus, qui doctrinæ et lectioni attendere debent, quique obstricti sunt officio docendi populum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, et ministrandi sacramenta, sacrarum disciplinarum studium unquam restringatur, aut languescat industria, optatissimum Nobis est, ut a Vobis, ubi fieri possit, in omnibus Vestrarum Diocesium regionibus, instituantur opportunis regulis Congressus de morum præsertim Theologiâ, ac de sacris Ritibus, ad quos singuli potissimum Presbyteri teneantur accedere, et afferre scripto consignatam propositæ a Vobis quæstionis explanationem, et aliquo temporis spatio a Vobis præfiniendo inter se disserere de morali Theologiâ, deque sacrorum Rituum disciplina, postquam aliquis ex ipsis Presbyteris sermonem de sacerdotalibus præcipue officiis habuerit."¹

CAPUT V.

DE CONSULTORIBUS, VICARIO GENERALI, ARCHIDIACONO, CÆTERISQUE EPISCOPI OFFICIALIBUS.

70. Quum Episcopi, hisce præsertim in Provinciis, sint adeo laboribus onusti, curisque in Diocesana administratione tam in temporalibus quam in spiritualibus distenti, ut gravibus quibus incumbunt muneribus rite adimplendis vix soli sufficiant, in adjutorium suum sacerdotes pietate, zelo, prudentia, ac doctrina conspicuos vocare oportet, qui consiliis sapientibus eos adjuvent, nonnihilque gravissimi oneris ac sollicitudinis Episcopalis in humeros suos libenter suscipiant.

¹ Encyclica, ut sup., 17 Martii, 1856.

Hujusmodi quippe agendi ratione, secundus ordo sacerdotalis ordini primo in succursum venit, communique omnium consensu ac suffragio et unitas administrationis firmatur, et omnia suavius fortiusque, ad majorem Dei gloriam animarumque salutem, peraguntur.

71. Quapropter Concilii Plenarii Baltimorensis primi Patres, Hortandos Episcopos censuerunt, ut, ubi fieri poterit, in suis Diocesis aliquos sacerdotes ætate, scientia, integritate, et rerum agendarum peritia conspicuos seligant, quos Consultores constituent, et quorum sententias in administratione Diocesee, cum opus fuerit, exquirant. Laudandam etiam censuerunt consuetudinem alicubi vigentem singulis saltem mensibus, die determinato, illos convocandi, ut quæ ad Diocesim pertinent discutiantur.¹ Visum est etiam Patribus valde expedire, ut in unaquaque Diocesi Cancellariam statuatur Ordinarius, pro faciliore rerum ecclesiasticarum administratione, et ad stabilem in iis negotiis agendi normam consequendam.²

72. "In Ecclesia (Romana) alii sunt Vicarii Generales Episcoporum, alii Vicarii Foranei, et alii Officiales."³ Vicarius Generalis, ab Episcopo designatus, eandem cum eo moralem gerit personam, eandemque ecclesiasticam constituit curiam; atque cum sit Archipresbyter, omnes alios in Diocesi Presbyteros et dignitates præcellit. Nihil tamen potest sine Episcopi delegata potestate; nec, juxta Sanctæ Sedis Instructionem ultimam, potest uti facultatibus extraordinariis, nisi per unum integrum diem Ordinarius absens sit futurus.

73. Uti præcipit Sacrosancta Tridentina Synodus: "Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus ecclesiis, ubi fieri poterit, magistri in Theologia, seu doctores, aut licentiati in Jure Canonico."⁴ Eorum est, Episcopis non solum in functionibus solemnibus peragendis, sed etiam in aliis obeundis administrationis suæ muneribus, præsto esse, alacresque adesse adjuutores.

¹ Balt. Num. 83.

² Ibid., Num. 84.

³ Concilium Prov. Libanense, A. D. 1736, celebratum: edit. Romæ, 1820, p. 206.

⁴ Sess. xxiv., c. 12; De Reform.

74. Præter Vicarium Generalem, poterit Episcopus, magno Religionis bono, quosdam etiam designare Vicarios particulares, cum facultatibus delegatis plus minusve extensis, qui *Vicarii Foranei*, seu *Decani Rurales* vocantur, quique districtibus sibi ab Episcopo adsignatis præsent, juxta normam ab eo tradendam. Horum erit, infirmis sacerdotibus intra suum degentibus territorium impendere curam, mortuorumque exequiis adistere; sacerdotibus junioribus ac minus peritis suis adesse consiliis; Collationibus sive Congressibus sacerdotum pro rebus theologicis discutiendis præsidere; ecclesiarum ac bonorum ecclesiasticorum custodiæ et conservationi invigilare; demum, Episcopo, seu ejus Vicario Generali, quæ emendatione egere videantur singulis annis, vel sæpius si fuerit opus, referre. Ejusmodi Vicarios constituendos ab Episcopis, statuit S. Carolus Borromæus: "Ut Episcopus in urbe, etiam externum gregem facilius quasi præsent intueri et curare possit, deligat aliquot probatos sacerdotes, quibus singulis, imposito Vicarii Foranei nomine, tribuat certas regiones Diocesis suæ. * * Hi autem Vicarii regionis sibi per Episcopum commissæ presbyteros cujuscumque conditionis curam animarum habentes, semel singulis mensibus modo in unam, modo in aliam ejus regionis parochialem ecclesiam cogant, idque in orbem eodem ordine semper faciant. * * * Deinde conferant inter se, quæ ad boni pastoris officium, et ad curam animarum recte gerendam pertinent; et consulant de difficultatibus et incommodis suæ parochiæ, quorum explicatio vel remedium aliorum consilium et operam requirat."¹

75. Præter Secretarium et Cancellarium, necnon et Notarium quancumque pro documentis conficiendis testimoniisque muniendis, actis Synodalibus, aliisque hujusmodi instrumentis firmandis erit opus, valde in Episcopi solatium Ecclesiæque utilitatem verteret, si etiam Œconomum, seu

¹ Acta Eccles. Mediol., sup. cit., p. 21.

in temporalibus rebus gerendis Procuratorem, laicum sive clericum nominaret, cujus foret muneris domus Episcopalis curam in temporalibus habere, necnon et ecclesiarum bonorumque ecclesiasticorum ad nutum Episcopi temporalem gerere administrationem, eidemque statutis temporibus omnium sibi commissorum districtam reddere rationem. Cum enim, dicente Apostolo Paulo ad Timotheum Episcopum scribente, "Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit;"¹ profecto deberent Episcopi, in quos incumbit "sollicitudo omnium ecclesiarum,"² quibusque "non est æquum derelinquere verbum Dei et ministrare mensis," potius vero "orationi et ministerio verbi instantes esse,"³ ita in omnibus Diocesium suarum ordinare administrationem, ut curis rerum temporalium haud nimis distenti, liberiores sint qui muneribus spiritualibus pro animarum salute procuranda vacent.⁴

76. Juxta Tridentini Concilii præscriptum, "Examinatores singulis annis in Diocesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant,

¹ II. Tim. ii., 4.

² II. Cor. xi., 28.

³ Act. Ap. vi., 2, 4.

⁴ Juvat his adjicere, quæ S. Carolus Borromæus, de Adjutoribus ab Episcopo sibi assumendis in temporalium gerenda administratione, sapienter statuit:

"Economus exactionibus reddituum Archiepiscopaliū, et patrimonialium et pensionum, fideliter ac diligenter operam navet, juxta mandati rationem, quod ab Illustro Domino Episcopo accepit. Pari ratione litibus conservationibusque jurium mense, locationibus item instaurationibusque possessionum necessariis sedulo incumbat." Act. Eccles. Mediol., p. 719, col. 2.

Et iterum: "Sacrosancti Concilii Chalcedonensis Canon, (Act. xv., Can. 2.) jubet, ab Episcopo Economum deligi et constitui, qui Ecclesiæ Cathedralis prædia, bona, resque de illius sententia et arbitrio administret, ut non modo illa non dissipentur, sed testis sit rectæ administrationis et dispensationis. Id ut a Provinciæ nostræ singulis Episcopis servetur, hoc decreto statuimus: nec vero solum, quo bonorum ecclesiæ rectæ administrationi ad illius Concilii præscriptum consulatur, verum etiam quo studiosius Episcopus, cum census, suppellectilis, bonorumque curatorem administratoremque habuerit, in rerum spiritualium officiis, quæ episcopalis muneris propria sunt, ipse omni consideratione totoque animo incumbat." Ibid., Concil. v., Prov. p. 231, col. 1.

Demum: "Episcopus Procuratorem Advocatumque constituere omni ratione curet qui in bonorum juriumque ecclesiasticorum recuperationem incumbat." Ibid., p. 83 col. 1.

et ab ea probentur."¹ Quamvis autem Examinatorum munus ad ea quæ Parochiales Concursus respiciunt, qui hisce in Provinciis haud adhuc obtinent, præcise spectet, tamen ad examina etiam, quæ sacrorum Ordinum collationem facultatumque confessiones excipiendi concessionem debeant præcedere, jure merito extendi poterit, necnon et ad Literas Testimoniales exarandas quæ Episcopo sint prævie tradendæ. Hinc nominandos esse ejusmodi Examinatores in Diocesanis Synodis vel cleri Conventibus consulimus. Ob sacerdotum vero hisce in Provinciis inopiam, poterunt etiam inter Consultores Episcopi numerari, de quibus in Decreto superiori erat mentio.


77. Demum, ex eorundem Consultorum numero, si Episcopo videatur, seligantur Judices Causarum, qui sacerdotes criminis postulos in prima instantia, ex Episcopi delegatione, judicent; juxta normam quæ in Concilio Provinciali Sancti Ludovici, anno 1855 habito, a Sancta Sede recognitam, præscribebatur, quamque legis esse communis statuunt hujus Plenarii Concilii Patres. Decretum autem prædictum est hujusmodi:

"Sacerdotes quibus per Ordinarii sententiam sacerdotii exercitium interdictum fuerit, nullum jus habent ad sustentationem ab eo petendam, cum ipsi se sua culpa missionibus operam navandi incapaces reddiderint. Ut autem omnis causa querelarum tollatur, censent Patres omnino expedire, ut Ordinarii, in causis criminalibus clericorum aut presbyterorum, servent certam judicii formam, quæ ad illam a Concilio Tridentino² præscriptam quam proxime accedat; scilicet, ut Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis, de ipsius commissione, duos ejusdem Episcopi Consultores, nec semper eosdem eligat, qui ei presbyterum criminis postulatam judicaturum, coram Notario tamen ipsius Episcopi, assistant. Unum autem sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo, seu ejus Vicario, discordes fuerint, tertium tunc ex prædictis suis Consultoribus ipse eligat, et

¹ Sess. xxiv., cap. 18; De Reform.

² Sess. xxv., c. 6; De Reform.

juxta eam partem, cum quâ tertius convenit, causa terminetur. Si autem contigerit omnes Consultores, ab Ordinario electos, ab ejus sententia dissidere, tunc ad Metropolitanum causa referri debet, qui sententiarum motiva expendet et judicium feret. Quando autem quæstio erit de subdito Metropolitanus criminis postulato, et omnes Assessores Metropolitanus ab ejus sententia dissenserint, tunc appellatio fiat ad seniores Episcopum comprovincialem, cujus sententia finalis erit, salvis semper Sedis Apostolicæ privilegiis et auctoritate.”



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL

TITULUS III.

De Personis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

DE METROPOLITIS.


78. Metropolitæ nomen originem ducit a principaliori provincie civitate, quæ metropolis, quasi cæterarum urbium mater, vocabatur. Officium autem Metropolitæ vel ab ipsis temporibus repeti potest Apostolorum, qui latiore Episcopo in insigniori urbe constituto jurisdictionem tribuebant. Quod ex verbis D. Pauli ad Titum scribentis satis liquet: “Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi.”¹ Sic etiam, ut ex historiae ecclesiasticæ monumentis apparet, Timotheus Ephesi,² aliique aliis in locis constituti sunt, qui cæteros earum regionum Episcopos et dignitate anteirent, et in eos jurisdictionem ecclesiasticam exercerent.

79. Metropolitæ dignitatem et potestatem vetus concilium his verbis commemorat: “Per singulas regiones Episcopos convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provincie gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit, eum et honore præcellere, et nihil amplius præter

¹ Tit. I., 5
E

² I. Tim. i., 3; v., 19.
59

juxta eam partem, cum quâ tertius convenit, causa terminetur. Si autem contigerit omnes Consultores, ab Ordinario electos, ab ejus sententia dissidere, tunc ad Metropolitanum causa referri debet, qui sententiarum motiva expendet et judicium feret. Quando autem quæstio erit de subdito Metropolitanum criminis postulato, et omnes Assessores Metropolitanum ab ejus sententia dissenserint, tunc appellatio fiat ad seniores Episcopum comprovincialem, cujus sententia finalis erit, salvis semper Sedis Apostolicæ privilegiis et auctoritate."



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL

TITULUS III.

De Personis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

DE METROPOLITIS.

78. Metropolitæ nomen originem ducit a principaliori provinciæ civitate, quæ metropolis, quasi cæterarum urbium mater, vocabatur. Officium autem Metropolitæ vel ab ipsis temporibus repeti potest Apostolorum, qui latiore Episcopo in insigniori urbe constituto jurisdictionem tribuebant. Quod ex verbis D. Pauli ad Titum scribentis satis liquet: "Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi."¹ Sic etiam, ut ex historiæ ecclesiasticæ monumentis apparet, Timotheus Ephesi,² aliique aliis in locis constituti sunt, qui cæteros earum regionum Episcopos et dignitate anteirent, et in eos jurisdictionem ecclesiasticam exercerent.

79. Metropolitæ dignitatem et potestatem vetus concilium his verbis commemorat: "Per singulas regiones Episcopos convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit, eum et honore præcellere, et nihil amplius præter

¹ Tit. I., 5
E

² I. Tim. i., 3; v., 19.
59

eum cæteros Episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam . . .”¹ Quemadmodum autem Episcopi cujusvis provinciæ Metropolitanæ Episcopo subijciebantur, ita Metropolita ipse Romano Pontifici, sive directe, sive indirecte, interveniente nempe Primate aut Patriarcha, subdebatur; adeo ut ab ipsius incunabulis Ecclesia Christi formam unius ovilis sub regimine unius Pastoris,² Vicarii scilicet Christi, exhibuerit. Miram hanc Hierarchiæ Catholicæ in media diversitate uni capiti cohærentem unitatem optime sane perstrinxerunt Concilii Montis Libani Patres, quorum hic juvat ponere verba, ut vox ab una orbis terrarum parte emissa in aliam etiam resonet extremitatem:

80. “Etsi ratione ordinis omnes episcopi sint æquales, at ratione jurisdictionis nonnulli sunt aliis superiores. Primum autem in ea prælatorum subordinatione locum tenet Romanus Pontifex, utpote Christi Domini ac Dei nostri in terris Vicarius, et Petri Apostolorum principis in potestate super universam Ecclesiam ejusque prælatos successor; alterum locum tenent Patriarchæ; tertium Primates seu Catholici, qui et Exarchæ; quartum Metropolitanæ, sive Archiepiscopi; ultimum Episcopi simpliciter dicti. Nam Ecclesiæ a se institutæ Apostolos Christus Dominus, et Apostolis Petrum præfecit; Episcopi autem in locum Apostolorum succedentes, distributis per orbem terrarum ecclesiis præsumt, iisque omnibus præest qui Petro in Romana Cathedra succedit. Ut autem unus alteri Episcopus subesset, ex eo factum est, quia etsi ab ipsis Ecclesiæ incunabilis, quum exiguus esset creditum numerus, pauci Episcopi reperirentur, iis tamen semper aliquis major Episcopus superpositus fuit, quemadmodum Apostoli præerant illis Episcopis quos ipsi in diversis urbibus consecraverant.

“Ecclesiasticarum Dioceseon in Episcopales, Metropolitanas, Primatiales, et Patriarchicas divisio, etsi non quoad nomen, certe quoad rem et potestatem, ipsa Apostolorum tempora attingit, et ad S. Petrum, Apostolorum principem, non immerito refertur. Nam Apostolicis temporibus, Romani imperii, quod

¹ Conc. Antioch., an. 341, Can. 9. Concil. Coll., ed. Harduin I., col. 596.

² Joan. x., 16.

Europam, Africam, et Asiam obtinebat, tres primariæ urbes erant: Roma scilicet, totius mundi Caput et Regina; Alexandria, Ægypti et Africae Metropolis; et Antiochia, totius Orientis et Asiae Mater. Idcirco beatissimus Petrus, cui Ecclesiæ universæ regimen a Domino commissum fuerat, Romam sibi sedem elegit. Reliquis duabus civitatibus, Alexandriae nimirum et Antiochiæ, Episcopos præfecit, qui tanquam ipsius Vicarii et Administræ vastissimas illas Dioceses regerent. Horum autem præsulum commune ab initio Episcopi seu Principis Sacerdotum nomen fuit; re tamen ipsa, potestate atque jurisdictione id unusquisque erat, quod subsequitis temporibus excogitata nomina clarius significarunt, Patriarchæ scilicet, Primatis, et Metropolitanæ: nam qui Episcopos sibi subjectos habebat, Metropolitanus; qui Episcopos et Metropolitanos, Primas; qui demum Primates, Metropolitanos, et Episcopos, Patriarcha sequiori ævo dictus est.”¹

81. Varia fuit variis temporibus Metropolitanarum jurisdictio; plura enim iis olim jura competebant, quæ nostris temporibus aut desuetudine abrogata, aut positiva Ecclesiæ lege coarctata et certis limitibus circumscripta fuerunt. Ad quinque fere reducuntur jura, quæ ex hodierna Ecclesiæ praxi Metropolita in suffraganeos exercet:

I. Comprovincialem Episcopum non residentem, et ultra tempus a sacris canonibus concessum cum contumacia absentem, tenetur intra tres menses per literas seu nuntium Sedi Apostolicæ denuntiare; ipsum vero Metropolitam similiter absentem antiquior provinciæ Episcopus denuntiare tenetur.²

II. Suffraganeos unoquoque saltem triennio ad Concilium Provinciale convocat; Metropolita autem legitime impedito, coepiscopus antiquior id præstabit.³

III. Negligentiam suffraganeorum in casibus a jure statutis supplet.⁴

¹ Concil. Prov. Libanensis; Romæ, 1820, pp. 213, 214.

² Conc. Trid., Sess. vi.; De Reform., Cap. 1.

³ Ibid., Cap. 2.

⁴ Cap. 8, de Offic. Jud. Ordin. Cap. 7, de Sent. Excom. in 6to. Vide etiam: Cap. 1. de censibus § notoria, in 6to. Conc. Trid., Sess. xxiv.; de Ref., Cap. 3. Ibid., Cap. 16. Cf. Decreta S. Congr. Concil., 19 Dec., 1569, et Nov. 1590, apud Zamb. Coll. Decl. S. Cong. Conc., Tom VI., p. 63.

IV. Appellationes a sententia suffraganeorum, juxta regulas a sanctis canonibus definitas, recipit.

V. Metropolitæ licet ubicumque per Provinciam crucem, jurisdictionis suæ insigne, præ se ferre, populo benedicere et Pallio uti, quotiescumque in Ecclesia Metropolitana illa uti posset.¹

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
CAPUT II.

DE EPISCOPIS.

82. Episcopos "posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo."² Omnem vero sacerdotii plenitudinem in se continet Episcopatus. Dubitari enim nequit Filium Dei, humanæ naturæ consortem factum, universam a Patre accepisse sacerdotii plenitudinem; eandemque in sinum Patris reversurum Apostolis suis infudisse. "Sicut misit me Pater, et ego mitto vos."³ Quumque Episcopatus nihil aliud reapse sit, quam ipsum Christi sacerdotium, per Apostolos in Ecclesia propagatum, totam, quanta est, sacerdotii plenitudinem complectatur necesse est. Scribit Ignatius Martyr: "Revereantur omnes Episcopum ut Jesum Christum existentem Filium Patris."⁴ S. Cyprianus ex æquo Episcopis omnibus idem tribuit sacerdotium: "Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur."⁵

83. Potestas Episcopalis alia est ordinis, alia jurisdictionis. Quæ ordinis est characterem Episcopalem postulat, nempe consecrationem. Quæ jurisdictionis est ecclesiæ administrationem respicit; et ab Episcopo per summum Pontificem confirmato, quamvis nondum consecrato, exerceri potest.

¹ Clementin., Cap. 2; Archiepiscopo de Privileg.

² Act. Ap. xx., 28.

³ Joan. xx., 21.

⁴ Ep. ad Trall.

⁵ De Unitate Eccles.

84. Episcoporum officium, quod oneris potius quam honoris loco pii homines semper habuerunt, adeo arduum est, ut vix ullus inter mortales reperiri queat, qui illud digne, id est, perfecte et absolute exequatur. Laboriosissimum quippe est onus, quodque ob innumera fere pericula et molestias vel Angelorum humeri ferre recuset. Diligentissime igitur perpendat Episcopus, Cujus in locum suffectus sit, qua dignitate et potestate fruatur, quot præstantissimarum rerum sibi curam demandatam habeat, et quam districtam suscepti muneris rationem summo Judici reddere aliquando debeat. Noverit se exemplar esse in monte positum, id est, in loco alto ac sublimi collocatum, ad cujus normam cæteri homines mores suos vivendique rationem componant oportet. Imprimis, domui suæ bene præsit, eamque probe, recte, laudabiliter regat: secus enim quomodo Ecclesiam Dei ea, qua decet, prudentia, consilio, ac sapientia moderetur?¹ A terrenis negotiis et lucris turpibus abhorreat, sitque totus divinis negotiis mancipatus.² Eorum vero, quos Christus carissimos sibi conjunctissimos habet, pauperum scilicet, curam gerat singularem. Iisdem et peregrinis, omnibusque indigentibus affabilem ac misericordem se præstet,³ eorumque mala et ærumnas omni officiorum genere levet. Subditos suos, ex humana fragilitate in vitia lapsos, non minis et imperio terreat, non torvo vultu aut acerbo sermone repellat; sed, Boni Pastorum Principis exemplo, quasi oves amissas lætus excipiat et ad domum Patris gaudens reducat. Arguat quidem,⁴ ut par est, et increpet; sed obsecret simul in omni patientia, mansuetudine, et bonitate. Sæpe enim, ut loquuntur Tridenti Patres, "plus erga corrigendos agit benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam comminatio, plus charitas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus

¹ I. Tim. iii., 5.

² Pontif. Rom., Cons. Ep., in Exam.

³ Ibid.

⁴ I. Tim. iv., 2.

fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est, ut sine asperitate disciplina populi salutaris ac necessaria conservetur; et qui correcti fuerint, emendentur, aut si resipiscere noluerint, cæteri salubri in eos animadversionis exemplo a vitiis deterreantur: cum sit diligentis et pii simul pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad aciora et graviora remedia descendere.”¹

85. Gravitate muneris sui et dignitate non ad superbiam animo fovendam, sed ad humiliter demissiusque de se sentendum moveatur. Fastum et inanem hujus mundi pompam contemnat, et a se domoque et familia sua procul arceat; neque specie tuendæ dignitatis vana et splendida sectetur. Dignitatem enim suam non auget sed minuit Episcopus, qui divites et potentes sæculi luxu et magnificentia æmulari studet. Omnia sacris canonibus et lege, non arbitrio moderetur; neque, quod vetat Apostolus,² ad morem dominantis in cleris se gerat: sed potius forma fiat gregis ex animo, et quanto cæteros loco antecedit, tanto majori humilitate se deprimat, ut omnibus serviat ac prosit, omnes Christo lucrifaciat. Eum imitetur,³ qui cum Dominus esset ac Magister, non tamen ministrari venit sed ministrare, omniumque servus fieri voluit, ut omnibus redderet amissam filiorum Dei libertatem. Quotidie in mentem revocet ac meditetur Episcopus ea plurima et maxima, quæ ab ipso postulat Apostolus;⁴ ut sit nempe sine crimine, irreprehensibilis, sobrius, prudens, gravitate et modestia ornatus, pudicus, hospitalis, domui suæ bene præpositus, benignus, justus, sanctus, fidelis et orthodoxi sermonis sectator, potens exhortari in doctrina sana; is denique, qui in omnibus se bonorum operum exemplum

¹ Sess. xiii.; de Ref., Cap. 1.

² I. Pet. v., 3.

³ Joan. xiii., 13; Matt. xx., 28.

⁴ I. Tim. iii., 2-4. Tit. I., 7-9; II., 7.

præbeat. Verbo, Sanctus illè Spiritus, quem aliis per sacramenta impertiendum ipse accepit, totum hominem perfundat, interiora ejus repleat, exteriora circumtegat.¹

86. Meminerint Episcopi se Dioceses suas frequenter ac regulariter visitare districte teneri, non solum ut Confirmationis Sacramentum statutis temporibus administrent, verum etiam ut gregem sibi creditum bene cognoscant, eaque omnia, quæ spirituale ejus bonum promoveant, melius providere possint. Quod si ob locorum distantiam et ecclesiarum numerum, quotannis haud possint omnes visitare ecclesias, visitent saltem principaliores et quæ sint urbi Episcopali propiores, eaque ratione visitationem ordinent, ut omni biennio, juxta Tridentini præscriptum,² vel si id fieri nequeat, omni saltem triennio singulas dioceseos perlustrent partes. Gravissimum vero hoc munus episcopale haud præpropere vel perfunctorie, sed omni adhibita diligentia, ac zelo animarum ducti, perficiant; de iis omnibus solerter et de plano inquirentes quæ in Pontificali Romano præscribuntur.

87. Causæ criminales graviore contra Episcopos, quæ depositione aut privatione dignæ sunt, ex Tridentino Concilio,³ Summi Pontificis iudicio reservantur.

88. Minores vero criminales causæ Episcoporum in concilio tantum Provinciali, vel a deputandis per concilium Provinciale, cognoscantur et terminentur.⁴

Sequentia prædecessorum nostrorum decreta, quibus Episcoporum pro gregibus sibi commissis sollicitudo excitatur, ipsisque graviora quædam sui muneris officia in memoriam revocantur, confirmare atque iterum promulgare placuit:

89. Cum ex Apostolico indulto consueverint plerumque clerici sæculares ordinari, in his Fœderatis Provinciis titulo missionis, monemus episcopos ut eos tantum eo titulo ad sacros ordines evehant, qui idonei sacris missionibus vide-

¹ Pontif., Rom., post unct. consecr. in Epis.

² Concil. Trid., Sess. xxiv., Cap. 3; de Ref.

³ Sess. xxiv.; de Ref., Cap. 5.

⁴ Concil. Trid., loco citato.

antur, vel alias religionis profectui, episcopi iudicio, inser-
vitori, emisso prius jurejurando se perpetuo missioni, cui
deputantur, operam daturos.¹

90. Ne sacerdotes, cum sacri ordinis dedecore, mendicare,
vel egestatem pati cogantur, episcopos hortamur, ut fideles
moneant muneris quo tenentur, eis præcipue qui in verbo et
doctrina laborant, congruam sustentationem suppeditare.
Quod si ægritudine, vel casu aliquo jam non valeant sacris
fungi muneribus, ne afflictis addatur afflictio, curent ut ea
subsidia quæ necessaria judicaverint, ipsis a fidelibus quibus
inservierint subministrentur. Si autem congregatio, cui in-
servierit sacerdos ægrotus vel alias impeditus, fuerit adeo
inops ut nequeat hujusmodi subsidia suppeditare, episcopos
hortamur ut, ea qua fieri possit ratione, aliorum sacerdotum
et fidelium charitatem ad iis succurrendum excitent. Cupi-
mus autem maxime ut in singulis diocesis, episcopi, quam-
primum commode potuerint, sacerdotum ipsorum adhibito
consilio et opera, certum quemdam modum et stabilem statu-
ant, quo infirmis, vel ætate provectoris, vel alias impeditis,
provideatur. Indignis autem sacerdotibus, vel qui legitimæ
suorum episcoporum auctoritati repugnaverint, vel qui æs ad
fundum hujusmodi generalem conferre recusaverint, hoc
decretum prodesse nolumus.²

91. Monitos volumus præsules omnes qui aliqua ex causa
e suis diocesis ad tempus recedunt, "legitimæ absentiae
causas, (juxta Tridentini Concilii Decretum, Sess. xxiii.,
Cap. 1, de Ref.,) a beatissimo Romano Pontifice, aut a metro-
politano, vel, eo absente, suffraganeo episcopo antiquiori resi-
dente, qui idem metropolitani absentiam probare debet, in
scriptis esse approbandas. Quoniam autem qui aliquantisper
tantum absunt, ex veterum canonum sententia, non videntur
abesse, quia statim reversuri sunt; illud absentiae spatium
singulis annis, sive continuum, sive interruptum, nullo pacto
debere duos aut ad summum tres menses excedere."³

92. Commendamus Episcopis libros habere in quibus
accurate recenseantur ordinationes, clericorum ex aliis dice-
cesibus in suas coöptationes, designationes pastorum, tituli

¹ Balt. 40. Pius PP. IX., die 3 Octobris 1852, benigne concessit singulis Fœdera-
tarum Provinciarum episcopis facultatem, a die prima Januarii 1853 ad quinquen-
nium duraturam, promovendi clericos titulo missionis ad sacros ordines usque ad
sacerdotium inclusive. Postea extensa est hæc facultas, uti inferius videre erit.

² Balt., 41.

³ Ibid., 82.

ecclesiarum, aliaque omnia quæ ad statum ecclesiasticum
respiciunt.¹

93. Censuerunt Patres orandam esse S. Sedem ut decla-
rationem edat pro Statibus Americæ Septentrionalis Fœdera-
tis, qua statuatur clericos in sacris, ordinatos titulo missionis,
et diocesis hisce addictos, non posse absque Ordinarii sui
licentia in scripto data, religiosum Ordinem ingredi, prout
jam Episcopis Vincennensi et Ludovicopolitano S. Congre-
gatio rescripsit.²

94. Ne turpis lucri cupido sacerdotalem inficiat ordinem,
vel aliqua oriatur inter sacerdotes simul commorantes dis-
sensio, propter eleemosynas quas fideles occasione sacra-
mentorum baptismi vel matrimonii administrationis sponte
conferunt, monemus Episcopos ut in prima sua synodo
diocesana, vel alias, prout illis in Domino visum fuerit, con-
silio sacerdotum etiam adhibito, justam statuam rationem qua
inter sacerdotes simul ita commorantes distribuantur, potioris
juris et graviorum onerum pastoris non neglecta considera-
tione.³

95. Præsules hortamur maximopere, ut omnes sacerdotes
sæpius moneant sui officii munerum; et ad quotidianam me-
ditationem, annuos recessus, collationes spirituales, gratia-
rum actiones post Missam, aliaque pietatis exercitia, prout
sinunt cujuslibet diocesis circumstantiæ, excitent.⁴

96. Unusquisque Episcopus acceptas a Sancta Sede facul-
tates idoneis sacerdotibus qui in eorum diocesis labora-
verint, communicare potest; et præsertim tempore sui obitus,
ut sede vacante sit qui possit Episcopi defuncti vices sup-
plere, donec Apostolica sedes certior facta, quod quamprimum
feri debet, alio modo provideat.⁵

¹ Balt., 57.

² In epistola Emⁱ Præfecti de Propaganda Fide ad Archiepiscopum Baltimorem,
die 23 Oct., 1852 scripta, inter cætera hæc habentur: "Innotuit pariter aliquando
evenire ut, absque licentia Episcopi, presbyteri missionibus addicti Ordines Regu-
lares ingrediantur, unde gravissimum isthuc oriri solet detrimentum ob sacerdotum
penuriam. * * * * Non est prætereundum inter decreta Concilii sexti Balti-
morensis peculiariter fuisse provisum quoad presbyteros, qui regulare aliquod
institutum ingredi velint, ut nimirum proprii Episcopi veniam assequi debeant:
cumque decretum illud probatum cum reliquis fuerit, diligenter erit servandum."—
Ibid., 70.

³ Ibid., 51.

⁴ Ibid., 29.

⁵ Facultates per Sac. Congr. de Prop. Fide Episcopis Nostris concessæ, Folio A.

97. Quod si Archiepiscopo aut Episcopo obeunte, nemo adsit qui prædictarum facultatum communicationem rite ab eodem obtinuerit, seu aliter quam per Antistitis obitum diœcesim vacare contigerit, Metropolitanus Antistes, vel in ipsius defectu aut si de ipsa Metropolitana ecclesia agatur, senior ex suffraganeis idoneum virum ecclesiasticum designet, qui diœcesis regimen gerat, cum usu facultatum, quæ in prima formula recensentur, donec Apostolica Sedes certior facta secus de re non disposuerit.¹

98. Sanctæ Sedi vero supplicandum duximus, ob plurima incommoda, quibus aliter provideri vix potest, ut in supra-dictis casibus Episcopus, aut, prout casus feret, Metropolita vel senior Episcopus, possit Presbytero sedis vacantis Administratori tribuere eas omnes facultates, tam ordinarias quam extraordinarias, quibus gaudent Episcopi ex Sanctæ Sedis concessione.²

99. Administratores, qui Ecclesiam Sede vacante curant, sedulo monemus, ipsis non licere temere aliquid in diœcesi innovare, ære alieno diœcesim gravare, aut bona Ecclesiastica alienare. Meminerint etiam se teneri accuratam administrationis suæ Episcopo ad vacantem sedem promoti rationem reddere. Porro ipse hanc rationem exigere potest ac debet; et ad ipsum spectat in eos animadvertere, si quid in officio suo seu administratione deliquerint.³

100. Demum, quum æquum plane sit ac justum, ut fideles omnes uniuscujusque Diœceseos congruæ contribuant sustentationi Episcopi, qui omnium gerit sollicitudinem, censuerunt Patres hac de re pertractandum in Diœcesanis Synodis, in quibus collatis inter se consiliis sacerdotes curam habentes animarum conveniant de certa pensione Ordinario quotannis

¹ Ex Brevi SS. Domini Nostri Pii, PP. IX., die 13. Januar., 1854, dato.

² Vide Appendicem.

³ Concil. Trid., Sess. xxiv.; De Reform., Cap. 16.

tribuenda, quæ ex portione singularum ecclesiarum reddituum determinata coalescat. Ejusmodi autem adsignatio vel distributio, cum fuerit ab Ordinario recognita ac probata, ceu lex Diœcesana ab omnibus servanda evulgabitur.

CAPUT III.

DE EPISCOPORUM ELECTIONE.

101. Non alios ad Episcopalem dignitatem assumendos jubet Concilium Tridentinum, quam "maxime dignos, quorumque prior vita ac omnis ætas, a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos, per disciplinæ stipendia ecclesiasticæ laudabiliter acta testimonium præbeat."¹ Cum autem Sacra Congregatio de Propaganda Fide aliquot abhinc annis exquisierit, num aliquid in modo designandi presbyteros ad Episcopatum promovendos mutari oporteret, censuerunt Patres hujus Concilii Plenarii rem adeo gravem iterum esse pertractandam.

102. Diversa fuit, pro temporum varietate, ratio eos deligendi, qui ad Episcopales sedes promoverentur. Hodie vero jus eligendi Episcopos, jure merito et sapientissimas ob rationes, Summo Pontifici reservatur; quæ quidem disciplina a pluribus jam sæculis feliciter invaluit.

103. Modus, huc usque apud nos servatus, eos designandi, qui ad Episcopatum promoveantur, indicatur in Decreto Sac. Congr. de Fide Propaganda, die 18va Martii, an. 1834 edito, "super methodo servanda in Episcoporum diœcesium Fœderatarum Americæ Septentrionalis Provinciarum electione," quod sic se habet:

"Cum ad Religionis incrementum in Fœderatis Americæ

¹ Sess. vi.; De Ref., Cap. 1.

97. Quod si Archiepiscopo aut Episcopo obeunte, nemo adsit qui prædictarum facultatum communicationem rite ab eodem obtinuerit, seu aliter quam per Antistitis obitum diœcesim vacare contigerit, Metropolitanus Antistes, vel in ipsius defectu aut si de ipsa Metropolitana ecclesia agatur, senior ex suffraganeis idoneum virum ecclesiasticum designet, qui diœcesis regimen gerat, cum usu facultatum, quæ in prima formula recensentur, donec Apostolica Sedes certior facta secus de re non disposuerit.¹

98. Sanctæ Sedi vero supplicandum duximus, ob plurima incommoda, quibus aliter provideri vix potest, ut in supra-dictis casibus Episcopus, aut, prout casus feret, Metropolita vel senior Episcopus, possit Presbytero sedis vacantis Administratori tribuere eas omnes facultates, tam ordinarias quam extraordinarias, quibus gaudent Episcopi ex Sanctæ Sedis concessione.²

99. Administratores, qui Ecclesiam Sede vacante curant, sedulo monemus, ipsis non licere temere aliquid in diœcesi innovare, ære alieno diœcesim gravare, aut bona Ecclesiastica alienare. Meminerint etiam se teneri accuratam administrationis suæ Episcopo ad vacantem sedem promoti rationem reddere. Porro ipse hanc rationem exigere potest ac debet; et ad ipsum spectat in eos animadvertere, si quid in officio suo seu administratione deliquerint.³

100. Demum, quum æquum plane sit ac justum, ut fideles omnes uniuscujusque Diœceseos congruæ contribuant sustentationi Episcopi, qui omnium gerit sollicitudinem, censuerunt Patres hac de re pertractandum in Diœcesanis Synodis, in quibus collatis inter se consiliis sacerdotes curam habentes animarum conveniant de certa pensione Ordinario quotannis

¹ Ex Brevi SS. Domini Nostri Pii, PP. IX., die 13. Januar., 1854, dato.

² Vide Appendicem.

³ Concil. Trid., Sess. xxiv.; De Reform., Cap. 16.

tribuenda, quæ ex portione singularum ecclesiarum reddituum determinata coalescat. Ejusmodi autem adsignatio vel distributio, cum fuerit ab Ordinario recognita ac probata, ceu lex Diœcesana ab omnibus servanda evulgabitur.

CAPUT III.

DE EPISCOPORUM ELECTIONE.

101. Non alios ad Episcopalem dignitatem assumendos jubet Concilium Tridentinum, quam "maxime dignos, quorumque prior vita ac omnis ætas, a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos, per disciplinæ stipendia ecclesiasticæ laudabiliter acta testimonium præbeat."¹ Cum autem Sacra Congregatio de Propaganda Fide aliquot abhinc annis exquisierit, num aliquid in modo designandi presbyteros ad Episcopatum promovendos mutari oporteret, censuerunt Patres hujus Concilii Plenarii rem adeo gravem iterum esse pertractandam.

102. Diversa fuit, pro temporum varietate, ratio eos deligendi, qui ad Episcopales sedes promoverentur. Hodie vero jus eligendi Episcopos, jure merito et sapientissimas ob rationes, Summo Pontifici reservatur; quæ quidem disciplina a pluribus jam sæculis feliciter invaluit.

103. Modus, huc usque apud nos servatus, eos designandi, qui ad Episcopatum promoveantur, indicatur in Decreto Sac. Congr. de Fide Propaganda, die 18va Martii, an. 1834 edito, "super methodo servanda in Episcoporum diœcesium Fœderatarum Americæ Septentrionalis Provinciarum electione," quod sic se habet:

"Cum ad Religionis incrementum in Fœderatis Americæ

¹ Sess. vi.; De Ref., Cap. 1.

Regionibus stabilibus procurandum in primis conferat, ut Episcoporum Diocesium ibi statutarum electionis gravissimum negotium, rite sancteque absolvatur; S. C. de Propaganda Fide valde opportunum esse ad hoc consequendum existimans, ut certa methodus ubique in illis Diocesisibus servanda statuatur, qua fiat, ut Sedes Apostolica exploratam notitiam habere possit meritorum Sacerdotum pro quibus commendationes afferuntur, in Generali Conventu die 18. Martii, anno 1834, habito, et referente, E^{mo} et R^{mo} D. J. Antonio S. R. E. Cardinali Sala, censuit ac decrevit in ea re esse servanda quæ sequuntur.

“Cum aliqua Sedes Episcopalis vacaverit, requirendum est Episcoporum omnium provinciæ ecclesiasticæ suffragium de Sacerdotibus singulis, qui Sedi Apostolicæ commendandi esse videntur pro nova Episcopi electione. Quoniam vero id in Concilio Provinciali facillime et accurate fieri potest, si intra tres menses ab obitu Episcopi Concilium Provinciale habendum est, expectanda erit Concilii celebratio antequam ad commendandos Sacerdotes, qui Episcopatu digni censentur, ad S. Congregationem scribatur. In Concilio autem collatis inter se sententiis Episcopi statuunt, quos Sacerdotes S. Sedi commendent vere idoneos, et de Ecclesia benemeritos qui Sedes vacantes obtineant, vel Coadjutoris officium suscipiant illius Episcopi qui auxilio Coadjutoris indigere censeatur.

“Quod spectat vero ad casus quibus, prout superius statutum est, Concilii Provincialis celebratio non ita proxima sit, ne Sedes Episcopalis aliqua diu vacet, primum hoc magnopere opportunum factu est, ut singuli Episcopi litteras subscriptas, et sigillo duplici munitas exemplo apud se habeant, quibus contineantur nomina trium saltem Sacerdotum quos idoneos arbitrentur ad Diocesim regendam; hæc autem litteræ ita exterius obsignari debent, ut adveniente Episcopi morte Vicario Generali tradendæ esse intelligantur: Vicarius vero Generalis alterum earum litterarum exemplum ad Archiepiscopum, alterum ad propinquiorem, vel ad seniore ex duobus Episcopis propinquieribus deferendum curet. Eo litterarum exemplo accepto, Episcopus propinquior ad Archiepiscopum scribet suasque animadversiones adjiciet. Epistola Episcopi propinquieris ad Archiepiscopum delata, vel si neglexerit is scribere rationabili elapso temporis spatio, Archiepiscopus ad omnes Episcopos, ne propinquieri quidem excepto scribet, et

nomina illa cum suis animadversionibus communicabit, aliorum etiam nominibus additis si illi quos Episcopus designaverat Archiepiscopo idonei minime videantur. Post acceptas Archiepiscopi litteras omnes Episcopi ad S. C. sine mora scribent suas sententias, et suffragia de tribus illis, vel sex commendatis exposituri. Vacante Sede Metropolitana, litteræ Archiepiscopi demortui nomina trium Sacerdotum designantes a Vicario Generali ad Episcopum propinquiorem, et ad Suffraganeum Episcopum seniore mittendæ sunt. Episcopus autem senior suffraganeus faciet ea omnia quæ de Archiepiscopo superius statuta sunt, ubi agitur de Episcopi electione. Quod si apud Episcopum, vel Archiepiscopum demortuum litteræ memoratæ de trium Sacerdotum designatione non reperiantur, Vicarius Generalis Episcopum propinquiorem vel seniore ex duobus propinquieribus de ea re certiore statim faciet, ut Episcopus propinquior tria designet Sacerdotum nomina epistola ad Archiepiscopum mittenda. Archiepiscopus ea accepta ad omnes Episcopos scribet, et ea omnia fient quæ jam indicata sunt circa agendi rationem tenendam ubi litteræ Episcopi, aut Archiepiscopi Sacerdotum nomina ante mortem designantis fuerint repertæ. Si Episcopus propinquior ad Archiepiscopum scribere neglexerit, Archiepiscopus ipse tria nomina Sacerdotum suffraganeis omnibus, propinquieri non excepto, designabit. Si agatur de Archiepiscopi electione, senior Episcopus suffraganeus faciet omnia, quæ in Episcopi electione, ab Archiepiscopo faciendæ esse decretum est.

“Quod pertinet ad electionem Coadjutorum, excepto casu, quo Sedes Apostolica alia ratione agendum esse statuerit, Episcopus, qui Coadjutorem petit nomina trium Sacerdotum Archiepiscopo, et Episcopis suffraganeis significabit, supplicem libellum de ea re ad S. C. mittet, et Archiepiscopus et Episcopi S. Congregationi mentem suam de Coadjutore eligendo communicabunt. Hæc sunt quæ in commendandis Sedi Apostolicæ Sacerdotibus pro Fœderatæ Americæ Episcoporum electione S. C. servanda præscripsit. Ea vero decernens, notum omnibus esse voluit in litteris de hac pertractantibus ad S. Sedem transmittendis nihil inveniri debere, quod electionem aut nominationem præferat, ita ut etiam ex litterarum forma pateat nullam in S. Sedem inferri obligationem eligendi aliquem ex commendatis: salva enim manere debet et illæsa

Sedis Apostolicæ libertas in eligendis Episcopis, commendationes vero lumen tantum, et cognitionem S. Congregationi, non autem obligationem afferent.

“Datum Romæ ex ædibus S. Congregationis de Prop. Fide, die 14. Junii, 1834.’”

104. Huic autem Decreto E^m ac R^m Patres S. huius Congregationis, in conventu generali habito die 10. Augusti, 1850, et aliud addendum censuerunt sequentis tenoris:

“Sacra Congregatio de Propaganda Fide, die 14. Junii an. 1834, Decretum edidit, quod incipit: *Cum ad religionis incrementum*, inscribitur vero: *De methodo servanda in Episcoporum Diocesium Fœderatarum Americæ Septentrionalis provinciarum electione.* Cum vero deinde Deo favente diocesium numero per illam regionem aucto, Ecclesias quæ antea uni Metropolitæ suberant, inter plures partiri necesse fuerit; aliquid supradicto decreto, seu instructioni addendum visum est, ut commendatio Sacerdotum pro vacantibus Ecclesiis ea ratione fiat, quæ cum nova illarum partitione, ac Provinciarum statu cohæreat. Proinde S. C., in Generali Conventu die 10. mensis Junii, anni huius habito, referente infrascripto ejusdem Præfecto, omnibus mature perpensis, ratione quoque voti habita ea de re ab Episcopis exhibiti ex Concilio vii. Baltimorensi; decrevit ut in posterum servatis quoad reliqua iis quæ in supradicto decreto continentur, Archiepiscopus Provinciæ ad quam pertinet Ecclesia de novo Pastore providenda, commendationem Sacerdotum qui proponuntur ad cæteros Archiepiscopos transmittat, qui S. Sedi suam sententiam de Sacerdotibus sic commendatis aperiant.

“Datum, etc.”

Mense tamen Augusti anni 1856, idem Sacrum Consilium Provinciis Ecclesiasticis Baltimorensi, S. Ludovici, Neo-Aurelianensi, ac Cincinnatiensi indulsit, “ut de commendandis candidatis pro sedibus vacantibus agatur in cœtibus Episcoporum comprovincialium, addita tantum obligatione scribendi ad Metropolitanum vel Episcopum non comprovincialem, quum res sit de candidatis a Provincia extraneis. In Comitibus vero generalibus diei 7. Augusti 1859., et illud decretum fuit, ut cum novus Archiepiscopus vel Archiepiscopi coadjutor eligendus sit, omnes circa ejusmodi electionem Fœderatarum Statuum Metropolitanæ consulantur.”

105. Ista methodus tamen cum adhuc in melius mutari, ac

ulterius perferri posse videretur, Em^m Præfectus dictæ Sac. Congregationis, per Literas die 25ta. Maji, 1859, ad Archiepiscopos in his Provinciis Fœderatis datas, eos rogavit ut “perpenderent coram Deo vigens systema antistitum eligendorum,” atque ipsi proponerent “quæ arbitrati fuerint profutura ad illud, ut par est, emendandum; quo videlicet in posterum ii tantum constituentur Episcopi, qui doctrina, prudentia, locali peritia, ac pietate fuerint idonei ad officium Episcopale rite subeundum atque gerendum.”

106. Quibus Literis cum omnes ad unum Archiepiscopi respondissent, Sacra Congregatio, prælaudata die 21ma. Januarii 1861, censuit:

“Haud quidem recedendum esse a Decretis supra relatis dierum 14. Junii 1834. nec non 10. Aug. 1850., ac posterioribus declarationibus, quibus vigens per Americam electionum systema innititur, verum illis quæ sequuntur adjicienda putarunt, atque ab omnibus ad quos spectat S. Sedi proponere viros ecclesiasticos pro vacantibus Diocesibus Fœderatarum Statuum, stricte servanda mandarunt.

I. “Omnes ac singuli Fœderatarum Statuum Antistites tertio quoque anno, tum Metropolitanæ Provinciæ suæ, tum S. Congregationi de Prop. Fide nomina sacerdotum exhibebunt, quos dignos atque idoneos ad munus episcopale obeundum existimaverint. Id vero secretissime præstabunt, ne forte cujuspiam ambitio excitetur.¹

II. “In notulis ejusmodi conficiendis maxima pro viribus utentur cura, ut de qualitatibus eorum qui commendantur certiores fiant.

III. “Quum aliqua Sedes vacaverit, sive Episcopalis sive Metropolitanæ, Antistites omnes ad quos pertinebit summo Pontifici commendare viros ecclesiasticos, ut eorum unus vacanti Ecclesiæ præponatur, in Synodum aut in specialem cœtum conveniant, ut proponendorum qualitates discutiant, ad tramitem Quæstionum quæ hanc in rem typis impressæ præsentibus Literis apponuntur.

¹ S. Congregatio (in Speciali Instructione, die 24 Jan. 1868 data, art. 1., supra) “omnino decernit ut omnimoda diligentia servantur hæ Literæ Circulares,” tum in cæteris earum partibus, tum etiam in iis quæ sub hoc numero continentur.

IV. "Antequam vero prædictus conventus convocetur, ad Archiepiscopum vel Seniore Provincie Episcopum eorum nomina transmittentur, quos singuli Antistites commendandos esse putaverint.

V. "Qualitates Candidatorum publice in cœtu Episcoporum discutientur, præsertim Archiepiscopo vel seniore Provincie Antistite: suffragia vero secreto in urnam immittentur.

VI. "Acta denique conventus ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ab Archiepiscopo vel Episcopo Provincie seniore deferentur."

107. Sequuntur Notulæ, quarum mentio habetur in prædicto Decreto, et quarum ratio in designandis presbyteris pro dignitate episcopali semper habenda est:

"Notiones ac questiones circa qualitates quæ necessariae sunt in promovendis ad Episcopale munus ac dignitatem.

- I. Nomen, cognomen, ætas, patria Candidati.
- II. Cujus Diocesis sit ac Provincie Ecclesiasticæ?
- III. Ubinam studiis theologicis vacaverit, et quo profectu?
- IV. An gradus assecutus fuerit, et quos?
- V. An professor extiterit, et cujus facultatis?
- VI. An et ubi missiones sacras obiverit, et quam in eis experientiam obtinuerit?
- VII. Quot linguas calleat, et quas?
- VIII. Quibus officiis sit perfunctus, et quo successu?
- IX. Quam prudentiam exhibuerit in deliberationibus et agendi ratione?
- X. An sit corpore sanus; frugi, patiens, atque in administratione rerum temporalium versatus?
- XI. Utrum sit propositi tenax, an ingenio mutabilis?
- XII. Num gaudeat fama honestatis, et an fuerit unquam in eo quid contra mores?

XIII. An in exercendis sacerdotalibus muniis sit attentus, compositus cum ædificatione, rubricarum studiosus observator?

XIV. An habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus gravitatem ac religionem præferat?"

CAPUT IV.

DE SACERDOTIBUS CURAM ANIMARUM HABENTIBUS.

108. Nonnulla de Sacerdotibus Decreta in prioribus Baltimorensibus Conciliis lata confirmamus atque iterum promulgamus:

Quoniam sæpius a quibusdam in dubium revocatum est, an competeret præsulibus Ecclesiæ, in hisce Fœderatis Provinciis, facultas sacerdotes in quamlibet dioceseon suarum partem ad sacrum ministerium deputandi, eosque inde, prout in Domino judicaverint, revocandi; monemus omnes sacerdotes in hisce dioceseibus degentes, sive fuerint in iis ordinati, sive in eadem co-optati, ut memores promissionis in ordinatione emissæ, non detrectent vacare cuilibet missioni ab episcopo designatæ, si episcopus judicet sufficiens ad vitæ decentem sustentationem subsidium illic haberi posse, idque munus viribus et valetudini sacerdotum ipsorum convenire. Hac autem declaratione nihil innovare volumus quoad illos qui parochialia obtinerent beneficia, quorum unum tantum, scilicet in civitate Neo-Aurelia adhuc noscitur in hisce Provinciis: neque ullatenus derogare intendimus privilegiis quæ Religiosis fuerint a S. Sede concessa.¹

109. Statuimus et declaramus quemlibet sacerdotem qui pro quacumque hujus provincie diocesi ordinatus fuerit, teneri vi promissionis in ordinatione factæ ad permanendum in eadem diocesi, et ad se subjiendum præsuli suo, usquedum canonice dimissus fuerit. Statuimus quoque eadem obligatione pariter adstringi omnem sacerdotem rite co-optatum in

¹ Balt., 1.

aliquam diocesim: co-optari autem declaramus quemlibet ex aliena dioecesi advenientem, statim ac testimoniales et dimissoriales litteræ, præsulis cui proxime subditus erat munitæ auctoritate, ab ipso sacerdote, Ordinario cui se subicere velit exhibentur, et ab eodem in perpetuum acceptantur. His porro statutis obstare nolumus quin ea servari debeant, quæ Benedictus XIV., (Constitutione 25, Tom. 2. Bullarii sui: *Ex quo dilectus.*) luculenter docet circa sacerdotes qui ad religiosum aliquem Ordinem transire volunt.¹

110. Enixe hortamur præsules omnes hujus provinciæ, ne concedant facultates sacra munera exercendi sacerdoti aliunde venienti, nisi afferat testimoniales seu dimissoriales litteras, præsulis cui proxime subditus fuerat auctoritate firmatas: nec etiam concedant eas facultates sacerdoti hujusmodi, si absque causa sufficienti distulerit ultra sex menses præsulem eligere, cujus auctoritati et jurisdictioni in perpetuum subiaceat. Hoc autem decreto nolumus derogare privilegiis a S. Sede quibusdam religiosis Societatibus, et missionariis apostolicis concessis.²

111. Cum repugnet legibus et consuetudini Ecclesiæ, bonoque animarum regimini, pluribus sacerdotibus simul *ex æquo* concedere auctoritatem pastorem regendi eandem ecclesiam, aut districtum; et cum magna nata sit confusio et discordia in hac provinciâ, pluribus sacerdotibus simul sibi vindicantibus hujusmodi auctoritatem pastorem *ex æquo* exercendam, absque ulla ab alterutro dependentia: statuimus et decernimus, unumquemque præsulem debere, quamprimum commode poterit, designare iis in locis in quibus plures sacerdotes forsitan requirantur, unum singulorum locorum pastorem, cui adjutor unus vel plures in suo munere obeundo adsignari poterunt, prout præsulis ipsi visum fuerit. In iis vero locis in quibus specialis nulla hujusmodi dispositio a præsule facta fuerit, statuimus sacerdotem, qui post latum hoc decretum primus deputatus fuerit a præsule ad id munus obeundum, habendum esse Pastorem; alios autem sacerdotes postea deputatos, adjutores ejus habendos, donec aliter præsul ipse statuerit.³

112. Nihil innovantes in his quæ in canone concilii Provincialis primi Baltimorensis de potestate episcopi in pastoribus designandis et amovendis, necnon firmare volentes quæ in

¹ Balt., 2.² Ibid., 3.³ Ibid., 4.

canone ejusdem synodi declarata fuere de unico pastore in singulis congregationibus designando, declaramus pastori soli ita designato competere administrationem ecclesiæ seu congregationis, atque aliis sacerdotibus illi in ministerii adjutorium adjunctis non licere aliquid aggredi præter pastoris voluntatem.¹

113. Sacerdotes omnes, quibus cura animarum commissa est, monemus muneris quod sibi incumbit populum sibi creditum edocendi; ideoque juxta Tridentini concilii sancta statuta, dominicis festisque diebus, brevi perspicuoque sermone, audientium captui accommodato, eos fidei mysteriis instruant, et ad virtutum exercitium et ad vitia fugienda hortentur. Curent etiam ut, juxta ejusdem synodi statuta, pueri rudes iisdem diebus, aliisve opportunis temporibus, rudimenta fidei edoceantur; nec omittant ipsi pastores ea familiari sermone explicare.²

114. Præsules omnes hujus provinciæ in Domino monemus, ut invigilent executioni eorum quæ a S. Tridentina synodo decreta sunt de pastorum residentia, curentque ne populus fidelis careat copia Missæ audiendæ in diebus præsertim dominicis et festis; vel ægotantes, subsidio sacramentorum: et in synodis suis pœnas statuunt in eos qui absque gravi causa vel licentia abfuerint.³

115. Moneant episcopi sacerdotes curam animarum exercentes, ut institutioni juventutis in doctrina christiana per se operam dent, nec putent ipsis licere quæ sui muneris sunt negligere, rejecto omnino in alios onere juvenes, aliosque rudes, fidei morumque principia edocendi.⁴

116. Juxta præscriptum et mentem Ritualis Romani, sedulus sit pastor animarum in visitandis infirmis et agonizantibus, etiam postquam ultima receperunt sacramenta; et illos exhortetur, consoletur, adjuvet; et elicit ab iis, si possint, novo confessionis et contritionis actu, nova identidem donet absolutione.⁵

117. Statutum est, stricte inhibendos esse pastores animarum ab administratione sacramentorum matrimonii et baptismi fidelibus ex aliis dioecesibus, qui ea a proprio pastore facile recipere possent.⁶

118. Ne vagi, ignoti, pravique sacerdotes sacra aggredian-

¹ Balt., 50.² Ibid., 28.³ Ibid., 63.⁴ Ibid., 89.⁵ Ibid., 68.⁶ Ibid., 72.

tur munera cum offensione fidelium, revocandas esse facultates, quas communi quodam pacto episcopi sibi invicem in conventu anno 1810 habito largiti sunt, censuerunt Patres: ideoque in posterum, neminem ex sacerdotibus, vi illius pacti, posse jurisdictionem exercere, vel sacrum aliquod aggredi munus, absque Ordinarii auctoritate.¹

119. Cum ex sacerdotum vagorum et ignotorum discursu ad eleemosynas a fidelibus colligendas gravior oriantur incommoda, visum est districte prohibere ne sacerdos aliquis, absque episcopi sui venia, scripto concessa, extra congregationem sibi commissam eleemosynas petat, vel in alia diocesi absque Ordinarii licentia. Quod si sacerdos aliquis hanc legem transgredi præsumpserit, hortamur episcopos ut suspensionis censura eum statim innodent. Religiosi autem meminerint sui Superioris licentiam secum afferre.²

120. Quum autem aliquando hisce in Provinciis inveniuntur Sacerdotes vagi, quorum nonnulli ex Europa, magis turpis lucri quam animarum zelo ducti, huc advenerunt; monemus locorum Ordinarios, ut perdifficiles sese exhibeant in ejusmodi recipiendis, memores Decretorum in Conciliis Baltimorensibus jam hac super re latorum, quorumque specialem mentionem facit Instructio S. Congregationis.³ Decreta vero sunt hujusmodi:

121. Ne sacerdotes vagi et ignoti nimis facile admittantur ad sacra munera obeunda cum animarum periculo, nolumus sacerdotes ex Europa advenientes in clerum nostrum cooptari, nisi litteris suorum Episcoporum prius missis consensum Episcopi in cujus diocesim transire desiderant, obtinuerint.⁴

122. Statuunt Patres nullum harum Provinciarum sacerdotem, ad aliam diocesim transire volentem, a proprio Episcopo dimittendum, nisi certo constet eum ab alio Episcopo esse recipiendum. Si qui autem in posterum aliter dimissi fuerint, non recipiantur.⁵

“Cavendum itaque Episcopis, ut si quando, necessitate cogente, ad admissionem hujusmodi Sacerdotum devenire opus fuerit, nonnisi habitis de eorum probitate ac doctrina indubiis testimoniis recipiantur.”⁶

¹ Balt., 39.

² Ibid., 46.

³ 31. Jan., 1866, art. iii.

⁴ Balt., 86.

⁵ Ibid., 76.

⁶ Cit. Instr. S. C., art. iii.

123. Quum olim jure optimo, ut ait Tridentinum Concilium, “distinctæ fuerint dioceses et parochiæ, ac unicuique gregi proprii attributi pastores et inferiorum Ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant,”¹ optandum omnino esset, ut juxta Ecclesiæ universæ consuetudinem, parochi proprie dicti, quemadmodum in Catholicis regionibus existunt, in nostrarum quoque provinciarum ecclesiis constituerentur. Verum ea sunt nostra rerum tempora, quæ id fieri nondum patiantur. Patrum tamen hujus Concilii Plenarii mens est, ut paullatim, et quatenus per adjuncta liceat, disciplina nostra hac in re Ecclesiæ universæ disciplinæ conformetur.

124. Volumus igitur, ut per omnes hasce Provincias, præsertim majoribus in urbibus, ubi plures sunt Ecclesiæ, districtus quidam, parœciæ instar, descriptis accurate limitibus, unicuique ecclesiæ assignetur;² ejusque rectori jura parochialia, vel quasi-parochialia, tribuantur.

125. Parochialis juris, parœciæ, et parochi nomina usurpando, nullatenus intendimus Ecclesiæ cujuslibet rectori jus, ut ajunt, *inamovibilitatis* tribuere; aut potestatem illam tollere seu ullo modo imminuere, quam ex recepta in his provinciis disciplina habet Episcopus quemvis sacerdotem munere privandi aut alio transferendi. Monemus autem et hortamur, ne Episcopi hoc jure suo, nisi graves ob causas et habita meritum ratione, uti velint.

126. Quum animarum salutis maxime expediat a dignis atque idoneis parochis regi, Tridentina lege³ cautum est, ne

¹ Sess. xiv., de Ref., Cap. 9.

² Hoc jam sapienter provisum fuerat a Patribus in superiori Concilio Plenario, ut ex sequenti canone patet:

“Valde expedit districtus ecclesiasticos intra certos limites designare; necnon regulas de sacerdotum jurisdictione privilegiisque Ordinarios, quamprimum fieri potest, sancire. Hos tamen districtus, secundum rerum adjuncta episcopi mutare possunt, et eorum est definire quarum ecclesiarum sacerdotibus hæc munera pro tempore adnecti debeant.” — Balt., 87.

³ Sess. xxiv.; De Reform., Cap. 18.

quis ad parochialis ecclesiae regimen assumatur, nisi prius, per concursum, coram Episcopo et tribus saltem examinatóribus, idoneus probetur ac dignus qui id muneris suscipiat. Quod apud nos, etiam si veri nominis parochos haberemus, servari vix posset. Ut tamen mentem Ecclesiae hae praecipientis, quantum licet, sequamur; neminem parochiali Ecclesiae praeposendum censemus, quin examen coram Episcopo et duobus presbyteris ab Episcopo designandis antea subierit. Neque ullus ad hoc examen admittatur, qui in dioecesi, ubi parochia sita est, sacris missionibus per quinquennium saltem operam non dederit. Quod si sacerdos ad parochialis ecclesiae curam assumatur, qui nondum in dioecesi quinque annos in sacris missionibus insumserit, tanquam parociae administrator tantum habeatur; neque, nisi expleto quinquennio, factoque ut supra examine, parochi nomen et jura obtineat: quod quidem Regulares, qui quinque annos in his Provinciis vixerint, non attingat.

CAPUT V.

DE VERBI DEI PRÆDICATORIBUS.

127. Quum Fides, quae totam Christiani hominis vitam moderatur ac regit, oriatur "ex auditu, auditus autem per verbum Christi;"¹ verbum hoc perpetuo in Ecclesia proponatur ac praedicetur necesse est. "Quomodo" enim, ait idem Apostolus, "audient sine praedicante?"² Verbum Christi, seu Evangelium praedicare, Episcoporum praecipue munus est; qui, si legitime impediti fuerint, idoneos viros eligere debent, per quos id muneris exequantur. "Archipresbyteri quoque, plebani, et quicumque parochiales, vel alias curam

¹ Rom. x., 17.² Ibid., x., 14.

animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annuncian-
doque eis, cum brevitate et facilitate sermonis, vitia quae eos declinare, et virtutes quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere, et coelestem gloriam consequi valeant."¹

128. Atque Episcopi diligenter populum monere debent, "teneri unumquemque parochiae suae interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem saecularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo, praedicare praesumat. Iidem etiam saltem dominicis et aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt; et, si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent, non obstantibus privilegiis et consuetudinibus."² Praeterea ii, qui curam animarum habent, caeterique, qui ad praedicandi munus assumuntur, debent non solum dominicis et festis diebus, verum etiam "tempore jejuniorum Quadragesimae et Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerit Episcopus, Sacras Scripturas, divinamque legem annuntiare; et alias quotiescumque id opportune fieri posse Episcopus judicaverit."³

129. De assidua Dei verbi praedicatione, hae sacerdotem monet Concilium Prov. Baltimorese V.:

Sit pariter assiduus in praedicatione verbi divini, juxta modum quem Concilium Tridentinum praescribit, (Sess. v., Cap. 2, de Ref.) * * * docendo non vana vel intricata, sed quae scire omnibus necessarium est ad salutem; non quae admirationem erga loquentem provocent, sed quae ipsorum audien-

¹ Conc. Trid., Sess. v., de Reform., Cap. 2.² Ibid., Loc. cit.³ Ibid., Sess. xxiv., de Ref., Cap. 4.

tium ædificationem, et pietatis incrementum promoveant: v. g. motiva et frequentem praxim actuum fidei, spei, charitatis, et contritionis; dispositiones requisitas ad sacramenta utiliter recipienda; vitia quæ declinare, et virtutes quas sectari oporteat; det lac spirituale infantibus, adultis autem pietate solidum cibum; in sermone, sicut in opere, fiat omnia omnibus, ut animos rite dirigat in via salutis.¹

130. Itaque summa cura et diligentia sanctissimis hisce legibus obtemperet unusquisque, qui prædicationis munere insignitur, populoque statis diebus exponat Ecclesiæ docentis ac regentis auctoritatem et potestatem; SS^{ma} Trinitatis et Incarnationis mysteria; Sacramentorum naturam, vim et numerum; cæteraque, quibus Christianæ fidei summa continetur. Neque omittat ea Catholicæ doctrinæ capita fusius pertractare, quæ hæretici et increduli, hujus præsertim regionis ac temporis, vel præfracte negant vel in dubium revocant, vel pro ineptissimo hujus sæculi ingenio, jocos et irrisione potius quam argumentis adgrediuntur.

131. Hæc igitur omnia clare et lucide explicet; non tamen quasi cum adversariis ageret, quemadmodum fit in scholis, aut apud polemicos, ut ajunt, theologos; non disputantis more, sed docentis. Liceat quidem iis, qui sectis Christiano nomine falso gloriantibus præsumunt, sua opinionum commenta, dubiis et conjecturis involuta, timide et cum quadam hæsitantia proponere. Veterum enim Scribarum et Phariseorum locum quodammodo obtinent, in quorum verbis, ut ex Evangelio discimus,² nullum pondus inerat, nulla auctoritas. Concionator autem Catholicus, quum sibi probe conscius ipse sit, veritatis se divinitus acceptæ custodem esse et præconem, doceat, Christi exemplo, “quasi potestatem habens;”³ neque tam patroni quam judicis causam definientis partes agat. Quod si adversariorum objecta et cavillationes undique corradat, nimiusque sit in iis exponendis ac refellendis, timeri

¹ Balt., 68.² Matt. vii., 29; Luc. iv., 32.³ Ibid.

aliquando potest, ne sacrosanctam illam causam, quam tuendam assumpsit, labefactare potius quam confirmare videatur; suaque imprudentia efficiat, ut pro Evangelii luce tenebræ ac dubia imperitorum animis offundantur. Poterit quidem præcipua hæreticorum argumenta et objecta breviter ac solide retundere, quin tamen eos nominet, aut ex professo id agere videatur. Quod si fecerit, remissoque, leni, et urbano, non severo et acerbo dicendi genere usus fuerit, duplex inde commodum orietur. Hæretici enim, qui sæpius concionibus interesse solent, nostra dogmata libentius audient, et paulatim vel inviti discent, quam consentaneum rationi sit illud mentis obsequium, et quasi quædam intelligentiæ humanæ captivitas, quam laudat Apostolus, quamque a suis Ecclesia Catholica postulat.¹ Deinde fideles ipsi, Catholicis doctrinis bene instituti, erunt “parati semper ad satisfactionem omni poscenti;”² id est, ad æquam et validam rationem de ea, quæ in ipsis est, fide ac spe reddendam.

132. Quod vero omnium temporum ac locorum est, quodque præcipue ad Concionatoris munus spectat, omnia et singula Christiani hominis officia ipse, tanquam Dei legatus et præco, sedulo exponat atque auditorum animis inculcet. Latissime quidem hæc patent; respiciunt enim hominem ipsum, cæterosque humanæ naturæ consortes; Deum denique, legis, qua hæc præcipiuntur, auctorem. Hæc singillatim et accurate enarranda atque evolvenda sunt singulis dominicis aliisque statis diebus per annum aut biennium, donec omnia seitu necessaria pertractata fuerint.

133. Qua in re sacerdotes maximopere adhortamur, ut Catechismi Romani, tanquam ducis optimi, vestigiis insistant. Neque nostris laudum præconiis indiget celeberrimum hoc opus, Concilii Tridentini, omnium maximi et gravissimi, auctoritate editum, et tot Romanorum Pontificum suffragiis

¹ Cf. Rom. xii., 1; II. Cor. x., 5.² I. Pet. iii., 15.

ac laudibus commendatissimum. Quorum unum aut alterum ut commemoremus, Clemens XIII. id vocat "Catholicæ fidei et Christianæ disciplinæ normam * * * Pastoribus propositam;" Episcoposque cohortatur, ut jubeant eum "ab omnibus, qui animarum curam gerunt, in informandis Catholica veritate populis adhiberi, quo tum eruditionis unitas, tum charitas, animarumque servetur concordia."¹ Pius VI. "librum aureum" vocat, "in quo Christiana dogmata luculenter explicantur et aptissime enucleantur."² Eundem summo-pere commendat SS. Dn^{us} Noster Pius PP. IX. jubetque parochos admoneri, ut illum "in suis sive ad pueros, sive ad reliquam plebem instructionibus ob oculos habere non omitant."³ Præstantissimum igitur hunc librum Concionator præ manibus habeat, sæpiusque legendo ac meditando terat, et ex eo tum optima et tutissima vitæ Christianæ instituendæ documenta, tum rerum tradendarum seriem hauriat. Qua ratione capita fidei Catholicæ ac morum integra et ordinata auditoribus suis explicabit. Nil tamen vetat, quin ordinem hunc abrumpere aliquando liceat, ad Deiparæ ac cœlitum laudes et exempla proponenda, ad Christi patientis et morientis historiam enarrandam, aut ad alia dicenda, quæ festi dies, aut Evangelii loca. quæ in sacris peragendis recitantur, aut alia temporis et rerum adjuncta suaserint.

134. Præcipuas quasdam Concionatoris dotes attingit D. Paulus, dum Timotheum hortatur, ut verbum prædicet, instet opportune et importune, arguat, obsecret, increpet in omni patientia et doctrina.⁴ Quibus verbis Concionator monetur, ut assidue magnoque animi ardore in virtutibus commendandis vitiisque reprehendis versetur; deinde ut, non uno dicendi genere contentus, tum objurgatione ac minis, tum

¹ Constit. In Dominico agro, 14 Jun., 1761, § 6.

² In Lit. Apost. In Catholicæ, ad Patriarch. Archiepp. Epp. aliosque Orient., 22. Dec., 1787.

³ Encycl. Nostis, 8. Dec., 1849.

⁴ II. Tim. iv., 2.

consilio, adhortatione, prece et obsecratione utatur, et nihil, quo pravi homines ad meliorem frugem revocari possint, intentatum relinquat. Idque faciat "opportune, importune, in patientia:" boni agricultoris exemplo, qui tam udo quam sudo tempore spargit semina, neque messem anxie et statim, sed patienter et suo tempore fruendam expectat. Eodem plane modo divini verbi semina ipse jaciat, tam inter bonos volentesque, quam inter eos, qui mentem aversam aut alio distractam habere videntur. Neque doleat aut spe excidat, si non mox omnia secunda eveniant. Fieri enim potest, opitulante Dei gratia, ut pretiosum illud semen, solo quamvis durissimo mandato, rore cœlesti madescat, radices agat, et tandem aliquando in lætissimam uberrimamque segetem erumpat.

135. Dolendum quidem est, non semper e divini verbi prædicatione fructum illum et commoda derivari, quæ sibi proposuit Concionator. Quod verbo divino ipsi vitio vertere nefas esset. Est enim "sermo Dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti."¹ Neque id semper inscientiæ auditorum aut pravitati et oscitantæ tribuendum. Conferenda plerumque est in ipsum Concionatorem culpa, qui suo muneri imparem se gerit. Quemadmodum enim gladius quamvis optimus, quo miles ineptus utatur, parum valet ad hostem feriendum ac pellendum; sic verbum Dei, quantumvis per se efficax, inepti Concionatoris ore prolatum, vires amittit parumque aut nihil confert ad durissima impiorum hominum corda emollienda, convincenda ac corrigenda.

136. Studeat igitur quam diligentissime Concionator ea omnia vitia declinare, quæ verbi prædicationem, quominus optatos habeat effectus, impedire possunt. Atque imprimis, nunquam prodeat ad concionem imparatus, nisi gravissima urgeat necessitas. Quotus enim quisque est, qui de tantis

¹ Hebr. iv., 12.

rebus digne disserat, quin antea animo ac cogitatione dicenda volvat atque perpendat? Neque legendo tantum et meditando, sed etiam præcipue, quod olim monuit Augustinus,¹ orando parare se debet, ut fructus officii sui dignos ferat. Sacros oratores, quorum plurimos recentior ætas tulit, si quis consulat, non improbamus; hortamur autem maxime, ut venerandos Ecclesiæ Patres, Ambrosium, Chrysostomum, Augustinum, Leonem, Gregorium, Bernardum, aliosque, et præcipue Sacram Scripturam diurna et nocturna manu verset; quo propius enim ad fontem acceditur, eo magis illimes ac puriores aquæ hauriuntur.

137. Jubent præterea Tridentini Patres, ut Concionatoris sermo sit *facilis*, id est, auditorum captui accommodatus. Ea igitur tradat, quæ sunt facilia intellectu; non quibus ipse ingenii et acuminis laudem et famam assequatur. Quod si, ut in mysteriis accidit, res ad docendum proposita sit per se ipsa difficilis quæque humanæ mentis aciem effugiat, primo puram putam ejusdem definitionem, conciliorum aut symbolorum vocibus conceptam, exhibeat; eamque verbis suis, quam maxime fieri potest, claris et apertis amplius explicet. Deinde, per petitas ex rebus creatis et in quotidiano usu positis similitudines, rem, quatenus licet, uberius illustrare satagat. Sic enim per faciliora, quæque ante oculos versantur, difficillima quæque et divina non perfecte quidem, quod fieri nunquam potest, at ex aliqua parte tamen mens humana assequitur. Neque Concionator hoc dicendi genus, quasi humile et abjectum, aspernetur ac negligat. Maximam enim habet utilitatem, fuitque omnibus sæculis maximo cuique et doctissimo Ecclesiæ scriptori in more positum. Neque alio modo Christus ipse, omnis sapientiæ fons et origo, discipulos suos instituebat, ut sacrorum librorum monumenta testantur.

138. Quod si Concionator, Pauli monitorum oblitus,² velit

¹ De Doctr. Christ. iv., Cap. 15.

² Rom. xii., 2, 3.

“huic sæculo conformari,” et “plus sapere quam oportet sapere,” si abstrusiora quæque, et supra captum auditorum posita conquirat, eaque ingenio suo indulgens subtiliori oratione persequatur, eveniet iterum infaustum illud, quod olim conquestus est Jeremias: “Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.”¹ Meminerit verbi divini minister, se omnibus tam insipientibus quam sapientibus esse debitorem.² Non igitur “in sublimitate sermonis, neque in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis,”³ munere suo fungatur. Non fucato sermone inanique verborum pompa, non ambitiosæ facundiæ lenocinio auribus illecebram paret; sed panem vitæ salutarem esurientibus frangat ac porrigat, ut decet Dei ministrum et fidelem mysteriorum Ejus dispensatorem.⁴ Curet vero, ne unum vitium effugiendo in alterum incurrat, et sermo ejus ex facili in humilem, rudem et incompositum delabatur. Neque, ut plebecula libentius atque attentius audiat, vocibus e platea et trivio haustis utatur, aut jocis et facetiis indulgeat. Cui enim ne domi quidem et inter suos scurram aut mimum agere licet, id eum in templo, ipsam prope aram, et sacro munere fungentem facere, maximæ impietatis est.

139. Quumque hominum animi efficacius per exempla, quam per præcepta moveantur, documentis suis et hortatibus exempla ex Sacris Libris et Sanctorum historiis aptissime intermisceat. His enim tum mirum in modum delectantur, tum docentur ingenia, præsertim rudiora; quæque simul traduntur morum principia in animis firmiter inhærescunt. In referendis autem miraculis et prodigiis summa prudentia utatur. Recentiora ac domestica, si qua circumferuntur, ne commemoret, nisi Episcopi judicio⁵ recognita ac probata

¹ Lament., iv. 4.

⁴ I. Cor. iv., 1, 2.

² Rom. i., 14.

⁵ Conc. Trid., Sess. xxv.; Decr. de Invoc., SS., etc.

³ I. Cor. ii., 1-4.

fuerint; antiquiora vero, modo in sanctorum Patrum aut certissimorum auctorum libris legantur, laudabiliter atque utilissime afferre poterit. Cætera contemnat, quæ nulla auctoritate nituntur et a doctissimis quibusque Catholicis viris inter dubia aut ficta reponuntur. Quod etiam de quamplurimis ineptis ac sublestæ fidei narratiunculis dicendum est, quas rude et inficetum vulgus mirari et in deliciis habere solet. Sapientioribus quidem risum, hæreticis vero offensionem pariunt aniles hujusmodi fabulæ, quas vitari oportere jure monet Apostolus,¹ utpote quæ nihil ad piorum hominum ædificationem, Deique gloriam augendam conferant. Quænam enim esse potest lucis cum tenebris, veritatis Evangelicæ cum fabellis, pietatis cum dolo ac fraude commercium? Aut quæ Christo cum mendaciorum patre et auctore conjunctio?²

140. In vitiis insectandis, gravi quidem et, quoties expedit, acri sermone utatur. Neminem tamen adstantium, quæ intolerabilis audacia foret, nominatim reprehendat, aut insidiosa verborum circuitione ita notet designetque, ut ab omnibus nosci facile possit. Quod si inter Concionatorem et aliquos ex commisso sibi grege lites, simultates, jurgia forte extiterint, ipse tamen, rectene an perperam læsus fuerit, ad privatam injuriam ulciscendam sacro loco et tempore abuti nequaquam audeat. Longe melior et felicior votis respondebit eventus, si de odiis ac simultatibus fugiendis, de malæ linguæ petulantia coercenda, de caritate in omnibus servanda; demum, si opportunum coram Deo judicaverit, (quod rarissime tamen expedit) de honore ac reverentia Ecclesiasticis viris exhibenda, graviter ac modeste disserat.

141. Non suum, non "verbum hominis, sed, sicut est vere, verbum Dei,"³ annuntiare debet Concionator. Idcirco non dubia neque incerta, non sua placita auditoribus proponat,

¹ I. Tim. i., 4; iv., 7. Tit. i., 14.

² Cf. II. Cor. vi., 14, 15; Joan. viii., 44.

³ I. Thess. ii., 13.

sed certa et vera, quæ ex sacris libris, eorumque fidissimis interpretibus, Conciliis nempe, Patribus, ac Pontificibus depro-muntur. In moribus docendis quam tutissimos duces sequatur, et peccatorum naturam et gravitatem non ingenio suo, sed Sacris Literis, Christi et Sanctorum exemplo, et probatissimorum Theologorum auctoritate metiatur. Hinc caveat, ne nimia indulgentia vitiis habenas laxet, prava quædam tolerando, ne ditiorum aut insigniorum in cœtu animos offendant. Contra caveat, ne austera sua ipsius indole, et rigidiorum scriptorum auctoritate motus, tanquam lethalia peccata facile quædam damnet, quæ piorum et gravissimorum antistitum et theologorum judicio aut nulla reprehensione digna, aut toleranda, aut tantum venialia censentur. Unde mala maxima et plurima existunt. Licita enim aut minus prava per falsam, ut vocant, conscientiam, crimina fiunt gravissima quæ in mortem animæ cedunt. Quum de fide Catholica agit, depositum custodiat, devitetque profanas vocum novitates,¹ quibus res ipsæ paullatim facile corrumpuntur. Ut vetus auctor monet, "nove dicat, non tamen nova."² Quibus verbis significatur, Ecclesiæ doctrinam, modo pura, sincera, et integra tradatur, semper novis fulciri argumentis, novisque eloquentiæ luminibus ornari posse. Scilicet, hæc sunt quodammodo aureæ fimbriæ, hæc vestis variata, qua circumdatam et circumamictam Superni Regis filiam, id est Ecclesiam cœlo delapsam, mortalibus ostendere decet, ut gloria et pulchritudo ejus, quæ "ab intus est," in omnium oculis magis magisque splendeat, omnesque in sui desiderium et amorem trahat, et rapiat vel invitos.³

142. Tridentini Patres, quum gregem "salutaribus verbis" pasci jubent, ea tantum proferri volunt, quæ homines ad æternam salutem consequendam hortentur et juvent. Nihil

¹ I. Tim. vi., 20.

² Vincent. Lerinen. Commonit., Cap. 22.

³ Psalm. xlv., 11, 15.

igitur de rebus temporalibus aut quotidianis eventibus Concionator loquatur. Multo minus se civilibus aut politicis rebus immisceat; aut de magistratibus vel rem publicam moderantibus ea, quæ æque an inique sentiat, in medium proferat. Quod quidem sine maxima bonorum offensione et sacri muneris dedecore fieri nunquam potest. Qui "pro Christo legatione fungitur," ea tantum quæ sunt Christi loquatur. Qui secus agit, officii proditor est, et suo aliorumque exitio veram facit tristem illam Prophetæ querimoniam: "Egeni et pauperes quærent aquas, et non sunt: lingua eorum siti aruit."¹ Dumque vilissima hæc et putida panem vitæ et cibum spirituales flagitantibus offert, patrem illum naturæ jura violantem imitatur, qui filiis panem avidè appetentibus lapidem aut serpentem porrigit;² pro bonis scilicet, inutilia, noxia, et mortifera.

143. Morem, qui aliquibus in locis viget, concionandi exequiarum tempore, pium ac retinendum esse censemus. Monemus tamen, ne sacerdos mortuum immodicis laudibus efferat, neque de omnibus promiscue, quos funebri oratione laudat, quasi de jam cælo receptis aut mox recipiendis loquatur. Sapit enim assentationem, quæ cathedram veritatis dedecorat, fovetque in auditorum animis inanem spem, quocumque modo vixerint, fore tandem ut vel ultima vitæ hora Deo reconcilientur, et cælestem gloriam adipiscantur. Qua spe freti, plurimi male vivunt et misere pereunt. Ne igitur Concionator in vana et inani mortuorum laude immoretur; sed, quod longe utilius est, turbam superstitum adhortetur, ut eos precibus et suffragiis juvent suis. Deinde capta funeris occasione, in mentem revocet, quam brevis et fugax sit hominum vita, quam certa mors et ineluctabilis, quam tacito cursu properet, et nec opinantes invadat opprimatque. Ex fluxa et caduca vitæ et terrestrium rerum natura docu-

¹ Isai. xlii., 17.² Matt. vii., 9.

mentum eruat, non bona humana et brevi peritura, sed diuturna et immortalia diligenda esse et appetenda. Vel de tremendo illo iudicio, quod mortem mox sequitur, si placet, verba faciat. Habent hæc certe, ut sacræ literæ docent, vim ad movendos terrendosque hominum animos maximam, ut totos virtuti se dedant, et vitia summopere detestentur ac fugiant. "Memorare novissima tua, et in æternum non peccabis."¹

144. Monent Tridentini Patres, breviter cum sermonis facilitate conjungi oportere. Vix enim fieri potest, quin prolixitas tædium pariat, quo omnis vis ac virtus prædicationis amittitur. Quod potissimum a Parochis, et aliis qui Dominica quaque die concionem habent, cogitandum est. Quibus enim audiendis populus assuevit, hos plerumque minus attente, et si longiores fuerint, oscitanter animoque alia cogitante audire solet. Neque verendum est, ne cuiuspiam minus placeat brevitatis, quam rerum dicendarum gravitas et grata quædam orationis varietas comitetur.

145. Denique, qui vult dignus cælestium mysteriorum esse præco, infinitam, quantum licet, Dei ipsius sanctitatem imitetur, cujus verba profert locumque obtinet. Christi præceptoris divini more *faciat et doceat*;² quæ scilicet præceptoris est, exemplo præmuniat suo, quæque aliis agenda suadere vult, prius ipse vita sua operibusque exequatur. Hieronymum monentem audiat: "Non confundant opera tua sermonem tuum; ne, cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis? * * * * * Sacerdotis Christi os, mens manusque concordent."³ Improbos non tam argumentis quam exemplo vincendos ait Chrysostomus: "Sic ergo illos prosternamus et contra ipsos pugnemus: ac vita, prius quam sermone, impetamus illos. Hoc enim magnum certamen est, hæc ratioci-

¹ Eccl. vii., 40.² Act. i., 1.³ Ad Nepotian. de Vita Cler., Cap. 8.

natio est, cui contradici non possit, quæ per opera procedit. Etiam si enim innumera verbis philosophemur, si non meliorem, quam illi, vitam exhibeamus, nullum est lucrum. Non enim dictis attendunt, sed facta nostra examinant, et dicunt: Tu prior verbis tuis obtempera, et tunc alios admone. Credibilia mihi sunt facta quam dicta tua. * * * Etiam si hæc non dicant, hæc cogitant et in mente versant. Et hoc impedit, quominus infideles Christiani fiant. Inducamus ergo illos per vitam nostram. Venemur illos per vitæ institutum.¹ Hoc sibi propositum habeat, non ut hominum laudem, quæ inanis gloriola est, concionibus suis aucupetur; sed ut omnia ad Dei laudem et gloriam, cujus minister est, referat et ab Ipso præmia in coelis reposita expectet. Populi non gratiam aut plausum, sed emendationem quærat. “Non vocibus delectetur,” ait vetus quinti sæculi auctor, “populi acclamantis sibi, sed fletibus; nec plausum a populo studeat expectare, sed gemitum.”²

146. Præclare scilicet suo se munere functum existimet, se felicem, se beatum reputet, si impiorum hominum animis præteritorum criminum odium, metum, ac ruborem incusserit; si spem vitæque melioris propositum desperantibus instillaverit; si jurgia, dissidia, lites, odia restinxerit, Deoque et invicem inimicos reconciliarit; si frequentiore et sanctiorem sacramentorum usum invexerit; denique, si nonnullos, ac vel unum quidem, fœda Dæmonis servitute liberarit. Quod si etiam labores exiguis aut omnino nullus fructus sequatur, ne animo ac spe cadat, nec labori parcat. Qua de re præstat iterum audire præclarum illud eloquentiæ sacræ lumen et ornamentum, Chrysostomum: “Etiam si hodie non persuaseris, cras persuadebis; etiam si nunquam persuaseris, perfectam habebis mercedem. Etiam si non omnibus persuaseris,

¹ In Ep. I. ad Cor. Hom. III., § 5, Ed. Montf. X., 21, 22.

² Julianus Pomerius, De Vit. Contempl., Lib. i., Cap. 23, inter Opp. Prosp. Aquit.

ex multis paucos attrahere poteris; quandoquidem Apostoli non omnibus hominibus persuasere, omnes tamen alloquuti sunt, et de omnibus mercedem habent. Non enim ab exitu recte factorum, sed a mente recte operantium, coronas decernere Deus solet. Etiam si duos jeceris obolos, accipit; et quod erga viduam fecit, hoc et erga doctores operatur. Ne autem, quia non potes orbem terrarum servare, paucos despicias; neque ex magnorum desiderio a minoribus te abstrahas. Si centum non potueris, decem cures; si denos non possis, ne quinos spernas; si quinos non possis, ne unum despicias; si unum non potueris, neque sic animo deficias, nec quæ penes te sunt cohibeas.”¹

CAPUT VI.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

147. “Nihil est,” ait Concilium Tridentinum, “quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiore sublati locum conspiciantur; in eos, tanquam speculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant.”²

148. Clericos a cæteris non solum statu ac conditione, sed etiam veste distingui oportet. Verum quidem est, quod

¹ Loc. cit., pp. 22, 23.

² Sess. xxii., de Ref., Cap. 1.

natio est, cui contradici non possit, quæ per opera procedit. Etiam si enim innumera verbis philosophemur, si non meliorem, quam illi, vitam exhibeamus, nullum est lucrum. Non enim dictis attendunt, sed facta nostra examinant, et dicunt: Tu prior verbis tuis obtempera, et tunc alios admone. Credibilia mihi sunt facta quam dicta tua. * * * Etiam si hæc non dicant, hæc cogitant et in mente versant. Et hoc impedit, quominus infideles Christiani fiant. Inducamus ergo illos per vitam nostram. Venemur illos per vitæ institutum.¹ Hoc sibi propositum habeat, non ut hominum laudem, quæ inanis gloriola est, concionibus suis aucupetur; sed ut omnia ad Dei laudem et gloriam, cujus minister est, referat et ab Ipso præmia in coelis reposita expectet. Populi non gratiam aut plausum, sed emendationem quærat. “Non vocibus delectetur,” ait vetus quinti sæculi auctor, “populi acclamantis sibi, sed fletibus; nec plausum a populo studeat expectare, sed gemitum.”²

146. Præclare scilicet suo se munere functum existimet, se felicem, se beatum reputet, si impiorum hominum animis præteritorum criminum odium, metum, ac ruborem incusserit; si spem vitæque melioris propositum desperantibus instillaverit; si jurgia, dissidia, lites, odia restinxerit, Deoque et invicem inimicos reconciliarit; si frequentiore et sanctiorem sacramentorum usum invexerit; denique, si nonnullos, ac vel unum quidem, fœda Dæmonis servitute liberarit. Quod si etiam labores exiguis aut omnino nullus fructus sequatur, ne animo ac spe cadat, nec labori parcat. Qua de re præstat iterum audire præclarum illud eloquentiæ sacræ lumen et ornamentum, Chrysostomum: “Etiam si hodie non persuaseris, cras persuadebis; etiam si nunquam persuaseris, perfectam habebis mercedem. Etiam si non omnibus persuaseris,

¹ In Ep. I. ad Cor. Hom. III., § 5, Ed. Montf. X., 21, 22.

² Julianus Pomerius, De Vit. Contempl., Lib. i., Cap. 23, inter Opp. Prosp. Aquit.

ex multis paucos attrahere poteris; quandoquidem Apostoli non omnibus hominibus persuasere, omnes tamen alloquuti sunt, et de omnibus mercedem habent. Non enim ab exitu recte factorum, sed a mente recte operantium, coronas decernere Deus solet. Etiam si duos jeceris obolos, accipit; et quod erga viduam fecit, hoc et erga doctores operatur. Ne autem, quia non potes orbem terrarum servare, paucos despicias; neque ex magnorum desiderio a minoribus te abstrahas. Si centum non potueris, decem cures; si denos non possis, ne quinos spernas; si quinos non possis, ne unum despicias; si unum non potueris, neque sic animo deficias, nec quæ penes te sunt cohibeas.”¹

CAPUT VI.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

147. “Nihil est,” ait Concilium Tridentinum, “quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiore sublati locum conspiciantur; in eos, tanquam speculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant; levitia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant.”²

148. Clericos a cæteris non solum statu ac conditione, sed etiam veste distingui oportet. Verum quidem est, quod

¹ Loc. cit., pp. 22, 23.

² Sess. xxii., de Ref., Cap. 1.

sapienter monet Sanctus quidam Pontifex, eos esse “discerendos a plebe vel cæteris doctrina, non veste; conversatione, non habitu; mentis puritate, non cultu.”¹ Neque tamen sanctissimus ille vir censendus est hisce verbis habitum corporis exteriorem, qui clericum deceat, improbare. Magnam enim habet utilitatem; cum non solum animi munditiam morumque honestatem significet, sed etiam ad has servandas non parum conferat. Etenim Clericis perpetuo in mentem revocat, quod sponte susceperit vitæ sanctioris institutum; et plurimas in vitia labendi occasiones arcet amovetque. Itaque volumus, ut Ecclesiæ legem servant, domique agentes vel in templo, veste talari, quæ Clerico propria est, semper utantur. Cum foras prodeunt muneris vel animi recreandi causa, vel in itinere, breviori quadam indui liceat, quæ tamen nigri coloris sit, et infra genua producat. Venustiores quasdam et elegantiores vestium formas, quæ novæ in dies inveniuntur, aspernentur et respuant; cum vel graviore inter sæculares homines ab istis abhorreant. Memores tamen sint dignitatis suæ; neque vestitu et habitu horridos et incultos se præbeant. Monet S. Carolus, eximius ille disciplinæ sacræ restitutor et vindex, “ne in habitu clericali aut studiosius exquisita cultus elegantia, aut nimis abjecta negligentia et affectatæ sordes appareant.”²

149. Duo hac de re prædecessorum nostrorum decreta adjicimus:

Sacerdotibus omnibus curandum est, ut veste talari et superpelliceo in omni sacro munere obeundo utantur. Iis etiam vehementer commendamus, ut vestem talarem constanter, quatenus fieri possit, gerant: quod si eam induere peculiarium rerum adjuncta non sinant, ipsis omnino injungimus, iis tantum uti vestibus quæ suo congruant ordini, scilicet, quæ

¹ S. Coelestinus I. Ep. ad Epp. Prov. Vien. et Narb., Cap. 1, in Coll. Conc. Ed. Hard. I., col. 1259.

² Acta Ecclesiæ Mediolanensis. Lugduni, 1682, fol., Tom. i., p. 17.

nigri sint coloris, et omni inani ornatu careant, sintque ab omni mundana vanitate prorsus alienæ.¹

150. Quoniam uniformitas etiam in rebus minimis maxime optanda Ecclesiæ semper visa est, statuimus superpelliceum esse debere modestum, decorum, et sacris functionibus conveniens. Statuimus etiam, ut biretum, cum episcopis singulis visum fuerit morem illud gestandi in suas dioceses inducere, Romano bireto sit conforme.²

151. Comam et barbam studiose, aut laicorum more, ne nutriant.³ Comam alere sæpius a Synodis vetitum est.⁴ Barbam Clericorum promissam nuper damnavit Pontifex Pius PP. IX.⁵ Ecclesiasticis omnibus hac in re morem Romanæ Ecclesiæ, tanquam normam sequendam, mandamus.

152. Ubi cumque fuerint, sive iter agant, sive per vias deambulent, sive sermones inter se vel cum sæculo deditis misceant, tum incessu et gestu, tum vultu ipso et voce, modestiam quæ decet ac gravitatem præferant. Nimiam vocis elationem, risum immodicum, scurriles jocos, quidquid denique animi haud bene compositi indicium est, summo studio devitent. Verba liberiora, procacia, impia, ne aliorum quidem dicta referendo, proferant; alios ea proferentes, si aliter nequeunt, ore ac vultu repriment coerçantque.

153. Ludis scenicis, spectaculis, choreis ne intersint.⁶ Ab omni vitæ venationis genere se absterneant.⁷ Medicinam et chirurgiam, nec lucri gratia nec charitatis specie, exercent. Qua in re districte servanda præcipimus ea, quæ a Benedicto XIV. statuta sunt.⁸ Clerici arma ferentes Ecclesiæ lege

¹ Balt., 26.

² Ibid., 31.

³ Acta Ecclesiæ Mediol., loc. cit.

⁴ Inter cæteras vide Conc. Carthag. iv., an. 390, Can. 44 in Conc. Collect. ed. cit. i., col. 982; Capit. S. Mart. Braccar., an. 572, Can. 66, op. cit. Tom. iii., col. 398; Conc. Rom. sub Zach. Papa, an. 743, Can. 8, ibid., col. 1929. Cf. Decret. Can. 21, dist. 23.

⁵ Vid. Epistol. Rdmi. Archiepiscopi Neocæsar. Nuntii Apost. apud aulam Bavar. ad Episc. Frisingo-Monacen. A. D. 1863; in Appendice.

⁶ Acta Eccles. Mediol. i., 18.

⁷ Ibid., Cf. Ben. XIV., de Syn. Dioc. xi., Cap. x., 6-10.

⁸ De Syn. Dioc. xiii., Cap. x., 2-11; in Appendice hujus Concilii.

excommunicantur.¹ Qui militiæ nomen dant, fiunt irregulares, et in Jure Canonico præcipitur, ut “tanquam sacrorum canonum contemptores et Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprii gradus amissione mulcentur.”² “Clericorum arma sunt orationes et lacrymæ. Idcirco edicimus, ne Clerici arma cujusvis generis ad offensionem vel etiam ad defensionem ferant, * * * * nisi forte extra civitatem suspectis locis iter eis faciendum sit.”³

154. Nonnulli sunt ludi, qui, licet privatim et domi fiant, Clericum tamen dedecent. Alii sunt, in quibus aleæ quidem, et *chartæ*, quas vocant, pictæ adhibentur; verum, quatenus animum honeste recreare et oblectare possint, a sacris canonibus non vetantur. Ludos igitur Clericus fugiat illicitos; licitis sic utatur, ut ne per excessum aut scandalum illiciti fiant. Qua in re hæc statuit Concilium Baltimorese I.:

Evitent diligenter sacerdotes omnem illicitum ludum: atque etiam ab omnibus quibuscumque ludis abstineant, etsi in animi diversionem, qui scandalo esse possint.⁴

155. Tribunalia profana negotii aut litis causa temere ne adeant. Ubi cum homine etiam sæculari et de rebus temporalibus difficultas oritur, ne quemquam in jus vocent, aut vocati sponte se sistant, nisi res aliter componi nequeat. Ecclesiæ vero honorem temnit et sacros canones conculcat, quicumque personæ Ecclesiasticæ vel Religiosæ, de rebus quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, coram profano iudice litem intenderit. Quo spectat decretum, quod sequitur, a prædecessoribus nostris latum:

156. Cum grave fidelibus oriatur scandalum, et ecclesiastico ordini dedecus, dum causæ ecclesiasticæ ad civilia deducuntur tribunalia, hortamur omnes, quorum interest, ut controversias inter eos forte orituras de rebus vel personis ecclesiasticis,

¹ Cap. 2, de vita et hon. cler.; Clement. i., § adversus, de vit. et hon. cl.

² Cap. Quicumque, xxiii., qu. 8, et Can. 5, dist. 50. Cf. Ben. XIV., Inst. Eccl., 101.

³ Acta Eccl. Med. loc. cit.

⁴ Balt., 27.

amicè componant, vel saltem iudicio episcopi submittant. Quod si ecclesiastica vel religiosa utriusque sexus persona, aliam personam ecclesiasticam vel religiosam utriusque sexus coram civili tribunali temere citaverit de re juris strictè ecclesiastici, noverit se in censuras a jure latas incidere.¹

157. Sacerdotem, qui Pauli monita² oblitus, Deo ac mundo simul militare vult, divitiis inhiat, seque ideo negotiis sæcularibus immiscet, non eadem quâ antea, frui libertate, non eadem vi et efficacia, quâ opus est, pollere in laicis admonendis vel reprehendendis, experientia compertum est. Præterea, ut minitatur Apostolus,³ jam in eo est ut incidat “in tentationem et in laqueum Diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.” Itaque quo longius ab hisce Diaboli insidiis Clerici removeantur, omnemque apud sæculares homines avaritiæ notam effugiant, Canonum præcepta renovantes, edicimus, ne rerum bonorumve quorumlibet, aut pecuniæ, mercaturam faciant; ne quæstuosas suo nomine, vel sub alieni nominis involucre negotiationes exerceant; ne aliena prædia lucris causa conducant; ne pro aliis fide jubeant; ne aliorum in negotiis procuratores, inconsulto Episcopo, fiant; ne cujusvis curam ac tutelam, præterquam suorum, nisi Episcopo consentiente, suscipiant.⁴

158. Ut suus clericali statui servetur honor et dignitas, vetamus ne sacerdotes inter concionandum, vel occasione concionis, vel quovis alio prætextu, e suggestu vel altaris loco, de suis redditibus, honorariis, stipendiis, collectis Dominicis,

¹ Balt., 45.

² II. Tim. ii., 4.

³ I. Tim. vi., 9.

⁴ Vide totum Tit. de Vita et Honestate Cler.; Can. 9, dist. 88; 6, xiv., qu. 4; Clement. I., § adversus, de v. et hon. cler.; Conc. Nicæn., Can. 17, in Conc. Coll. ed. cit. i., col. 435; Conc. Arelat., Can. 11, ibid., col. 265; Can. Apost. 44, ibid., col. 38; Acta Mediol. Eccl. loc. cit.; Ben. XIV., in Const. Apostolica, 25 Febr., 1740; Clem. XIII., in Encycl. Cum primum, 17 Sept., 1759, (in Bullario Pontif. S. C. de Prop. Fide, Romæ, 1841, Tom. iv., p. 13.) In hac Encyclica, Pontifex innovat confirmatque omnes prædecessorum suorum et SS. Canonum hac de re sanctiones: Episcoposque obsecrat, ut in delinquentes inquirent et animadvertant. Ibid., §§ 4, 5.

aliisque hujusmodi ad populum sæpe sæpius verba faciant, queranturque, quasi non satis ampla, aut justo minora essent. Dedecet enim hoc ministrum et locum sacrum, vim omnem et efficaciam prædicationis elevat, animumque prodit habendi cupidum, et de iis omnibus quæ gentes inquirunt,¹ sollicitum nimis et anxium. Neque hujusmodi querimoniam sine adstantium, inter quos non raro sunt A catholici, rubore, stomacho, et scandalo audiuntur.

159. Reprobamus quoque et damnamus eum, qui haud paucis in locis inolevit, morem deponendi apud sacerdotes pecuniam, ea lege ut fenore aucta stato tempore recuperetur. Hinc enim, ex nonnullorum imprudentia, facile oriuntur malæ suspensiones, jurgia, rixæ, lites, calumniæ denique, non sine gravi fidelium offensione et sacri ordinis dedecore. Præcipimus itaque, ne quis hujusmodi deposita in posterum accipiat, ne eo quidem prætextu, quod sint in Ecclesiæ temporale bonum, opera misericordiæ aliosve pios usus convertenda, nisi prius Episcopi venia in scriptis concedenda habeatur.

160. Clericos omnes in Domino hortamur, ut hujus mundi, cujus figura præterit, rebus ac bonis utantur, quasi non utentes;² neque velint operam, laborem, curas, tempus auro pretiosius in opibus comparandis consumere, quas mors brevi rapiet, aut, si propinquis obtigerint, improbi hæredes et disincti nepotes, nullo Ecclesiæ aut Religionis bono, maximo ipsorum detrimento ac crimine, cito disperdent ac dissipabunt. Eas potius longe meliores verique nominis divitias cupiant amentque, quæ in celo repositæ sunt apud Deum, quem olim, dum elero adscriberentur, in partem et hæreditatem suam in æternum elegerunt.³

161. Episcopus modesta mensa ac frugali victu contentos

¹ Matth. vi., 32.

² I. Cor. vii., 31.

³ Ps. lxx., 11; et Pontif. Rom. in Ord. Clerici.

esse jubet Concilium Tridentinum.¹ Quod etiam de Parochis aliisque clericis, qui proprias domos habent, intelligendum est. Mensam tamen aliquando lautiolem instrui ob festos, qui intercidant, dies aut hospitio invitatos, nil vetat. Caveant tamen omni studio, ne corda eorum et conscientiam graventur crapula et ebrietate.² Ebrietatem Chrysologus³ vocat "in alio crimen, in sacerdote sacrilegium; quam ne auditu quidem attingere debet, ne, qui est forma virtutum, vitiorum inde fiat et inveniatur exemplum." Et sane fieri omnino nequit, ut Sacerdos huic vitio deditus officii sui sacra munera exequatur; quemadmodum ait Isaias:⁴ "Sacerdos et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium." Hinc eam non solum quasi "fomentum libidinis et incentivum insaniam," sed etiam tanquam "venenum sapientiæ" damnat Ambrosius.⁵ "A crapula et ebrietate" statuit Concilium Lateranense sub Innocentio III. "omnes clerici diligenter abstineant; unde vinum sibi temperent et se vino; nec ad bibendum quisquam incitetur, cum ebrietas et mentis inducat exilium et libidinis provocet incentivum. * * * * Si quis super his culpabilem se exhibuerit, nisi a Superiore commonitus satisfecerit competenter, a beneficio vel officio suspendatur."⁶ Juxta Canones Apostolicos, "Episcopus aut Presbyter aut Diaconus ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnetur."⁷ Concilium Agathense, dum poenas clericis ebriosis irrogat, monet hoc vitium esse in clericis cæterorum omnium fomitem atque nutricem.⁸ Quod de libidine potissimum, illa scilicet membro-

¹ Sess. xxv., de Ref., Cap. 1.

² Luc. xxi., 34.

³ Serm. xxvi. et xxxvii.

⁴ Is. xxviii., 7.

⁵ De Elia et Jejun., Cap. 16.

⁶ Can. 15 in Conc. Coll., ed. Hard., vii., col. 32, 33.

⁷ Can. Ap. 42 (ex interpr. Dionys Exig.) in Conc. Coll., ed. Hard. i., 38.

⁸ Can. 41, an. 505. Op. cit., ii., 1002.

rum lege quæ legi mentis repugnat, et in lege peccati captivat,¹ dici potest. Hinc Apostolus a vino caveri vult, "in quo est luxuria:"² et, Hieronymo teste, "ubicumque saturitas et ebrietas fuerint, ibi libido dominatur."³ Qui igitur summam illam, quæ sacerdotem decet, corporis animique castimoniam servare student, caute diligenterque invigilent, quo melius vel prima foedissimæ hujus labis contagia vitare possint. Principiis obstant; neque enim ex improvise ac repente, sed paulatim, hoc vitium animos occupat atque inficit, crescitque in dies, donec progressu temporis totam, ut ait Chrysologus, sacerdotalis spiritus sanctitatem extinguat.⁴

162. "Ut flagitii occasionem, quæ in cauponis et tabernis deesse non solet, clericis adimamus, cauponarum aditu et usu eis omnino interdiciamus, nisi in itinere necessitatis causa."⁵

163. Quod sacros homines a profanis, clericos a laicis, potissimum distinguit, est sanctissimum illud vitæ genus, quod servandæ perpetuo castitatis legem consequi debet. Huic vitæ sanctioris instituto qui se addixerunt, sic in terris agant oportet, quasi non jam inter homines, sed in cælo versarentur, inter beatissimos illos Dei famulos et amicos, qui, nullo corporis vinculo impediti, Agni inter lilia pascentis vestigia sequuntur, terrena nec vident nec curant, nil nisi Deum et divina cogitant. Jam vero quotquot sacerdotes sic inter mortales vitam degant, ut eorum "conversatio in cælis" tota sit, oculique in futuram illam, quam inquirimus, perpetuo mansuram civitatem unice defigantur, ii profecto nullo se negotio immaculatos ab hoc sæculo custodient; et, sive divina eloquia annuntient sive divina mysteria dispensent, casta semper mente castoque corpore se Deo gratos et acceptos ministros exhibebunt.⁶

¹ Rom. vii., 23.

² Ephes. v., 18.

³ Comm. in Ep. ad Tit. i., 7.

⁴ S. Petr. Chrysol. Serm. cit.

⁵ Act. Eccl. Mediol. loc. cit.

⁶ Philip. iii., 20; Hebr. xiii., 14; Jac. i., 27

164. Non solum curare debet sacerdos, ut animam corpusque "in sanctificatione et honore, non in passione desiderii"¹ ita possideat, ut nullo se crimine maculet; sed etiam sua prudentia et vigilantia efficere, ut omnem vel levissimam criminis speciem a se procul amoveat. Nil agat, nil loquatur, nil vultu aut gestu exprimat, quod honestati, modestiæ, pudori minus consentaneum esse quis suspicari possit. Satius enim est nonnulla, quamvis Dei lege liceant, sacerdotem omittere, quam imperitorum suspicioni aut malevolentium obtrectationi aditum relinquere. Volumus igitur imprimis, ut sæcularium mulierum, ne suis quidem exceptis, consortio et familiaritate nimia ne utatur; neque eas, licet propinqua cognatione conjunctas, in eadem secum domo commorari sinat, nisi fuerint vita et moribus spectatissimæ, quæque nullo modo, sive directo sive indirecto, se sacris muneribus gerendis aut rebus ecclesiæ administrandis immisceant. Œconomam, ancillam, aliamve famulam nullam habeat, nisi quæ sit maturioris ætatis, famaue integerrima gaudeat. Nunquam coram illis aut propinquis, si quas apud se habeat, de gregis regimine, de ecclesiæ negotiis, de parochianorum vitiis aut defectibus verba faciat. Quod si hujusmodi mulierculis omnes animi sui sensus aliaque silentio tegenda imprudenter prodât; ipsæ vero (quod plerumque accidit) fuerint quales Paulus describit, otiosæ, quæque per domos cursitant, et "non solum otiosæ, sed et verbosæ et curiosæ, loquentes quæ non oportet;"² tota sacerdotis docentis, monentis, præcipientis auctoritas et imperium corruat necesse est. Etiam cum feminis pietatis studio deditis nulla sit ei familiaritas, nulla consuetudo, quam non caritatis aut officii ratio postulet.

165. Quo meliori et alacriori animo castitatem, quæ est præcipuum sacerdotii decus, custodire velint, venerandum

¹ I. Thess. iv., 4, 5.

² I. Tim. v., 13.

illud Sacrificium, quod quotidie offerunt, cœleste illud Convivium, cui quotidie intersunt, sæpe sæpius mente et cogitatione recolant. Quod si Immaculatus ille Dei Agnus socios ac comites non nisi ex Virginum choro deligit,¹ quam magna sacerdotibus puritate opus est, quos Ipse tanta familiaritate dignatur, ut eorum precibus quotidie cœlo evocatus adsit, iisque virginei sui corporis membra et sanguinem manibus tractanda, ore gustanda præbeat! Nonne iis longe meliori jure inculcandum videtur, quod olim de sacerdotibus Antiqui Fœderis Deus imperabat: "Sancti erunt Deo suo et non polluent nomen ejus; incensum enim Domini et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt, * * * quia consecrati sunt Deo suo. * * * Sint ergo sancti, quia ego sanctus sum, Dominus."²

166. Deinde hoc fixum immotumque animo propositum habeant, ut ea omnia, quæ ad peccandum impellere, suadere vel allicere possint, sedulo devitent. "Habemus" enim, ut ait Apostolus³ "thesaurum istum in vasis fictilibus," quæ unaquaque fere hora periclitantur. Timide igitur ac diffidenter, quod Christianæ humilitatis est, de se suaque virtute sentiant; Deoque unice confidant, qui sacerdoti superbo et viribus suis meritisque glorianti resistit, humili autem gratiæ auxilium abunde dabit,⁴ quo facilius ea omnia quæ castitati adversantur, superare ac debellare possit. "Habe fiduciam in Domino," ut in Sacris Literis monemur⁵ "et ne initaris prudentiæ tuæ. Ne sis sapiens apud te ipsum, time Deum, et recede a malo."

167. Denique, ut integram mentis corporisque puritatem servent, otium et desidiam, quasi pestem, fugiant. Si in cæteris hominibus, "qui sectatur otium stultissimus est,"⁶ sacer-

¹ Apoc. xiv., 4.

² Levit. xxi., 6-8.

³ II. Cor. iv., 7.

⁴ I. Pet. v., 5.

⁵ Prov. iii., 5-7.

⁶ Prov. xii., 11.

dos, qui id faciat, criminis potius quam stultitiæ nomine accusandus est. Curet igitur unusquisque, ut, quoties Diabolus insidias structurus accedat, ipsum semper inveniat occupatum. Si quem socordia et segnitie torpentem nactus fuerit, hunc facile vincet atque prosternet. Adeo verum est, quod olim sapientissimus ille dixit, "multam malitiam docuit otiositas."¹ Misera sane et luctuosa est sacerdotis conditio, qui, oratione et lectione posthabita, omnibus horis per domos forumque cursat, ut nova quæque audiat narretque; crebra etiam et diuturna cum laicis, præsertim fœminis, colloquia habet, in quibus nil grave, nil docto aut religioso viro dignum apparet, sed omnia vana, levia, minuta, ac frivola! Neque ille, qui sic vitam agit, mirari debet, quod ipsius animo nec opinanti vel invito fœdissimæ quæque rerum species obversentur, mentemque turpissima desideria invadant atque ita fere obruant, ut rationem ipsam e sua sede et imperio dimovere et dejicere videantur. Ut hisce malis sacerdos occurrat, molle et ignavum vitæ genus detestetur ac fugiat; et quod temporis divinis laudibus et sacro muneri persolvendo superest, ad literarum studia conferat. Neque disciplinis theologicis, canonicis, liturgicis semel operam dedisse sufficiat; semper aliquid habeat, quod ambagibus melius expediatur, vel quod novo lumine illustretur, vel quod memoria elapsum animo iterum altiusque imprimatur. Scientiis etiam profanis animum intendere poterit, quas colere sacerdotem maxime decet, cum non pauca ex iis ad sacram scientiam ornandam tuendamque haurire liceat. Humanioribus quoque literis animum excolat, et quando opus est, vel otium suppetit, concionibus ornatori stylo pro festis diebus concinnandis det operam.

168. Ante omnia tamen opus est, ut horis omnibus sacerdos coram Deo ambulet, id est, Ipsum semper præsentem animo intueatur ac diligat. Orando et meditando hic amor

¹ Eccli. xxxiii., 29.

accenditur et fovetur. "In meditatione mea" ait regius Psaltes, "exardescet ignis."¹ Hic scilicet ignis est, qui simul ac animum occupavit, cæteros omnes superbiæ, cupiditatis, libidinis, ac terreni amoris igniculos restinguit. "Sacerdotium," ait Chrysostomus, "in terra peragitur, sed cœlestium ordinum classem obtinet; et jure quidem merito. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non alia quæpiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco sacerdotium obeuntem ita purum esse decet, ac si in cœlis inter potestates illas collocatus esset."² Atque alibi sic sacerdotem hortatur: "Sit omnibus magister et exemplar virtutum vitæ tuæ speculum, omnibus in medio propositum, quasi primitiva quædam imago, quæ bona omnia in se contineat, quæ cum facilitate magna iis, qui se ipsi conformare voluerint, exempla bonorum operum exhibeat."³

169. Sacerdotalis officii munera et dotes compendiarie quadam ratione olim perstrinxerunt antecessores Nostri sequenti Decreto:

Abstineant a luxu et pompa vestium, a mundanarum personarum societate, a comessationibus, potationibus illicitisque lusibus et venationibus, ac demum quibuscumque omnibus clericali statu indignis, necnon sæcularibus negotiis. Cum mulieribus nullam consuetudinem habeant, neque sibi famulas accipiant vel retineant, nisi talis ætatis et probatæ virtutis, de quibus nulla possit haberi suspicio. Fiant igitur forma gregis ex animo; sint exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate; sint sobrii, prudentes, ornatī, pudici, modesti; conversationem suam inter gentes habentes bonam, ut bene facientes obmutescere faciant imprudentium hominum ignorantiam, et obstruatur os loquentium iniqua. Sic autem pastores vigilant super gregem sibi

¹ Ps. xxxviii., 4.

² S. Jo. Chrysost. de Sacerd., 3 ed. Montf., I., p. 382.

³ Id. Comm. in Ep. ad Tit. Cap. 2, ed. cit., Tom. xi., p. 752.

commissum, non coacte, sed spontanee, secundum Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; sic illum pascant et regant sedula in suis ecclesiis residentia, verbi divini prædicatione, puerorum et ignorantium instructione, sacramentorum administratione, piæ sacrificii oblatione, paterna infirmorum et pauperum cura, omniumque bonorum exemplo; ut cum apparuerit Princeps pastorum, ab ipso percipiant immarcescibilem gloriæ coronam.¹

CAPUT VII.

DE SEMINARIIS ECCLESIASTICIS CONSTITUENDIS ET ORDINANDIS.

170. Apostoli, quamvis rudes et illiterati homines, cum relictis retibus Jesum magistrum secuti essent, quæcumque ab eo acceperant, non solum invicte tueri, sed etiam cæteris docte luculenterque proponere et efficacissime persuadere potuerunt. Sapientia tamen, cujus ope id consecuti sunt, non ipsorum labore aut studio et exercitatione parta, sed divinitus concessa fuit. Jam vero singularis illa suadendi docendique vis ac potestas, quæ mirando prodigio illis Christianæ Religionis initio contigit, ab eorum successoribus, usitata divinæ Providentiæ lege, non nisi arduo ac diuturno labore comparari potest. Hinc magna semper sollicitudine id egit Ecclesia, ut scholæ et collegia ubique constituerentur, in quibus traderetur sacra illa scientia, quam labia sacerdotis custodire debent, et populo præbere qui legem requirit ab ore ejus.² Prædecessoribus quoque nostris id maxime semper cordi fuit, ut in hac regione Seminaria existerent, in quibus clerici theologicis disciplinis rite imbuerentur. Quod, quæ sequuntur, decreta Baltimorensia testantur:

¹ Balt., 58.

² Malach. ii., 7.

accenditur et fovetur. "In meditatione mea" ait regius Psaltes, "exardescet ignis."¹ Hic scilicet ignis est, qui simul ac animum occupavit, cæteros omnes superbiæ, cupiditatis, libidinis, ac terreni amoris igniculos restinguit. "Sacerdotium," ait Chrysostomus, "in terra peragitur, sed cœlestium ordinum classem obtinet; et jure quidem merito. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non alia quæpiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco sacerdotium obeuntem ita purum esse decet, ac si in cœlis inter potestates illas collocatus esset."² Atque alibi sic sacerdotem hortatur: "Sit omnibus magister et exemplar virtutum vitæ tuæ speculum, omnibus in medio propositum, quasi primitiva quædam imago, quæ bona omnia in se contineat, quæ cum facilitate magna iis, qui se ipsi conformare voluerint, exempla bonorum operum exhibeat."³

169. Sacerdotalis officii munera et dotes compendiarie quadam ratione olim perstrinxerunt antecessores Nostri sequenti Decreto:

Abstineant a luxu et pompa vestium, a mundanarum personarum societate, a comessationibus, potationibus illicitisque lusibus et venationibus, ac demum quibuscumque omnibus clericali statu indignis, necnon sæcularibus negotiis. Cum mulieribus nullam consuetudinem habeant, neque sibi famulas accipiant vel retineant, nisi talis ætatis et probatæ virtutis, de quibus nulla possit haberi suspicio. Fiant igitur forma gregis ex animo; sint exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate; sint sobrii, prudentes, ornatī, pudici, modesti; conversationem suam inter gentes habentes bonam, ut bene facientes obmutescere faciant imprudentium hominum ignorantiam, et obstruatur os loquentium iniqua. Sic autem pastores vigilant super gregem sibi

¹ Ps. xxxviii., 4.

² S. Jo. Chrysost. de Sacerd., 3 ed. Montf., I., p. 382.

³ Id. Comm. in Ep. ad Tit. Cap. 2, ed. cit., Tom. xi., p. 752.

commissum, non coacte, sed spontanee, secundum Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; sic illum pascant et regant sedula in suis ecclesiis residentia, verbi divini prædicatione, puerorum et ignorantium instructione, sacramentorum administratione, piæ sacrificii oblatione, paterna infirmorum et pauperum cura, omniumque bonorum exemplo; ut cum apparuerit Princeps pastorum, ab ipso percipiant immarcescibilem gloriæ coronam.¹

CAPUT VII.

DE SEMINARIIS ECCLESIASTICIS CONSTITUENDIS ET ORDINANDIS.

170. Apostoli, quamvis rudes et illiterati homines, cum relictis retibus Jesum magistrum secuti essent, quæcumque ab eo acceperant, non solum invicte tueri, sed etiam cæteris docte luculenterque proponere et efficacissime persuadere potuerunt. Sapientia tamen, cujus ope id consecuti sunt, non ipsorum labore aut studio et exercitatione parta, sed divinitus concessa fuit. Jam vero singularis illa suadendi docendique vis ac potestas, quæ mirando prodigio illis Christianæ Religionis initio contigit, ab eorum successoribus, usitata divinæ Providentiæ lege, non nisi arduo ac diuturno labore comparari potest. Hinc magna semper sollicitudine id egit Ecclesia, ut scholæ et collegia ubique constituerentur, in quibus traderetur sacra illa scientia, quam labia sacerdotis custodire debent, et populo præbere qui legem requirit ab ore ejus.² Prædecessoribus quoque nostris id maxime semper cordi fuit, ut in hac regione Seminaria existerent, in quibus clerici theologicis disciplinis rite imbuerentur. Quod, quæ sequuntur, decreta Baltimorensia testantur:

¹ Balt., 58.

² Malach. ii., 7.

171. Episcopis commendant Patres, ut omni studio curent Seminaria in suis diocesis, juxta Tridentinorum Patrum decreta, erigere; eamque, quatenus locorum adjuncta patiuntur, in omnibus sequi formam, quam ipsi Tridentini Patres præscribunt: fidelium autem studium sæpius episcoporum hortationibus accendendum duxerunt, ut eleemosynas in opus adeo Ecclesiæ profectui necessarium liberaliter conferant.¹

172. Consulendum episcopis, qui propria Seminaria non habent, ut collatis consiliis cum aliis episcopis ejusdem provinciae, unum saltem Seminarium in unaquaque provincia constituant.²

173. Neque unquam destitit Sancta Sedes eosdem commone et adhortari, ut cepta via pergerent, nullumque hac in re laborem supervacaneum putarent. Nuperrime vero Em^{us} ac Rdm^{us} Sac. Congr. de Prop. Fide Præfectus, in sua ad Apostolicum pro Concilio hoc Plenario habendo Delegatum Instructione, id ipsum gravissimis verbis iterum inculcavit.³

174. Optandum quidem foret, ut suum quæque diocesis Seminarium haberet. Verum id apud nos prohibet tum Episcoporum quorundam paupertas, tum sacerdotum paucitas, qui vix aut ne vix quidem ecclesiarum curæ et sacris missionibus sufficiunt. Volumus tamen ac præcipimus, ut in unaquaque provincia unum saltem existat Seminarium, quod Episcopi, prout inter eos convenerit, collatis pecuniis erigant, aut jam erectum servant ac tueantur.

175. Valde etiam optamus, ut præter majus hoc Seminarium, aliud quod parvum aut Præparatorium vocant, in unaquaque diocesi existat. Quod si nondum fieri possit, unum omnino pro unaquaque provincia constituatur. Non parva sane ex parvis hisce Seminariis capitur utilitas. In iis enim adolescentuli certiora in dies indicia prædent, quinam clericali militiæ adscribendi sint, quinam ab ea repellendi. Præterea tenerrima puerorum ætatula a pravis exemplis et mundana conversatione tuta defenditur, dum doctrina et moribus se

¹ Balt., Num. 37.² Ibid., 91.³ Instr. 31. Jan., 1866, dat., § 4.

parant, idoneosque reddunt, qui in Seminaria majora admittantur. Habent etiam hoc commodi, ut cum in iis ea omnia, quæ ad literas ac scientiam profanam pertinent, doceantur, in majoribus Theologia tantum et disciplinæ sacræ discendæ supersint.

176. Principio igitur Episcopus eos tantum in minora Seminaria admittendos eligat, "qui ad minimum duodecim annos et ex legitimo matrimonio nati sint,"¹ quique sua pietate, modestia, cæterisque virtutibus spem præbeant fore, ut digni Dei ministri olim evadant, eique perpetuo in ministerio ecclesiastico inserviant. Pauperum filios præcipue eligi vult Concilium Tridentinum;² ditiorum tamen non excludit, modo suo sumptu alantur, ac studium præferant Deo et Ecclesiæ perpetuo inserviendi. Hi præter linguam patriam, Latinam et Græcam, cæteraque quibus apud nos puerorum ætas imbui solet, addiscant etiam Cantum Gregorianum, et saltem prima elementa rei liturgicæ et historiæ tam Biblicæ quam Ecclesiasticæ. Quumque puerorum animi tenellâ hac ætate molliores sint ac quasi cerei, qui in utramque partem flecti facile possint, Rectores Seminariorum præceptis, hortatu, exemplo, indefessa vigilantia fortiter id suaviterque efficiant, ut ad pietatem et sanctitatem fingantur.

177. In Seminariis majoribus per optimos, quos habere liceat, magistros ea omnia tradantur, quæ quemque scire decet, ut Sacerdotali munere rite fungatur: ante omnia vero Theologia tam quæ mores quam quæ dogmata respicit; Canonici Juris rudimenta; Hermeneutica, sive Sacrorum Librorum interpretatio; denique sacræ eloquentiæ præcepta. Ac ne juvenum animi otio tabescant, sed magis magisque ad optimos studiorum fructus percipiendos excitentur, singulis annis ante ferias æstivas vel autumnales, in unaquaque disciplina per Episcopum, vel, eo absente aut impedito, per tres, quos ipse

¹ Conc. Trid., Sess. xxiii., de Ref., Cap. 18.

H

² Ibid.

designaverit, presbyteros examinentur. Præterea, quo melius eloquentiæ sacræ præcepta non memoria solum, sed usu etiam et exercitatione teneant, ultimo saltem studiorum anno in refectorio aut aula communi Theologi in vices conciones habeant, quibus intersint non alumni tantum sed Superiores et Professores. Horum erit post concionem vitia, si qua deprehenderit, notare et corrigere.

178. In Seminariis majoribus, quæ in commune totius provinciæ bonum instituta sunt, æquum omnino est studiorum curriculum ita ordinari, ut non solum communia, quæ in quovis Seminario docentur, sed plura et præstantiora complectatur. In primis, Sacra Exegesis pleniori et accuratiori ratione pertractetur. Cumque hæc quâdam linguæ Hebraicæ cognitione et peritia indigeat, huic linguæ addiscendæ unum saltem annum, philosophiæ postremum aut Theologiæ primum, impendere omnes cogantur; reliquis annis accedant aut abstineant, prout lubitum erit. Philosophorum etiam systemata, recentiorum præsertim, ita enucleentur, ut difficultates, quæ inde contra Sacri Codicis auctoritatem vel Ecclesiæ doctrinam peti solent, facile refellantur. Luctandum enim quotidie nobis est, non jam cum hæresibus aut toties profligatis veterum erroribus, sed cum adversariis novis, incredulis, et, indolem si spectes, ethnicis magis quam Christianis, qui nec Deum nec divina curant; cultissimis tamen et ingeniosis, qui omnia sive in cælo sive in terra ratione metienda dictitant, et sic insitam humanæ naturæ superbiam blandiendo fovant, quo melius imperitis fucum faciant. His, si veritas persuaderi non potest invitis, os obstruendum est tamen, ne rudiores inani verborum sono seducant.

179. Quum vero magna scientia sine sanctis moribus ad destructionem potius quam ad ædificationem proficiat, maximo quo possunt studio curent Superiores Seminariorum, ut alumni, dum progressus in sacris scientiis agunt, firma etiam

ac solida vitæ spiritualis fundamenta jaciant, et de virtute in virtutem progrediantur. Quid enim proderit, si quis in docendo ac disputando solers ac peritus, in concionando disertus evadat, nondum tamen se suasque cupiditates perdere didicerit; si scientia excellat, pietate vero, humilitate, castimonia, cæterisque virtutibus non præstet? Magna quidem est Ecclesiæ militantis necessitas; multi sane parvuli qui panem salutarem lacrymis petunt, nec, qui frangat, inveniunt; multæ regiones ad messem albæ et paratæ, quæ messores non habent. Minus tamen infortunium est, oves Christiani gregis fame interire, quam per lupos, pastorum veste indutos, disperdi atque mactari. “Melius profecto est,” monet Benedictus XIV.,¹ “pauciores habere ministros, sed probos, sed idoneos atque utiles, quam plures, qui in ædificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia, nequicquam sint valituri.” Moribus igitur alumnorum Superiores sedulo inviligent; indolem ejusque exquirant, quo aptius ac feliciter regant: regulas accurate observandas curent. Leni imperio, patrum more magis quam dominorum, omnia moderentur. Iis, qui non tam malitia quam infirmitate labuntur, animos addant; eos blandis hortatibus erigant, monitis consiliisque confirment. Dyscolos vero ac disciplinæ osores salutaribus pœnis coerceant; quod si nunquam corrigendos aut aliis exitio futuros prævideant, sine mora expellant. Demum nullo labori, nullæ sollicitudini parcant, pro certo habentes se, officio bene functos, maximo apud Deum in honore olim habendos, maximo præmio donandos esse. “Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.”²

180. Experientia docet sæpius evenire, ut alumni unius Seminarii in aliud migrent, sive quia ad ministerium haud idonei judicantur, sive disciplinæ severioris fuga, sive tandem ex animi inconstantia et levitate. Præcipimus igitur, ut

¹ Encyclic. Ubi primum, 3. Dec., 1740.

² Dan. xii., 3.

nemo hujusmodi in posterum in Seminarium quodvis admittatur, nisi secum afferat literas testimoniales ab Episcopo et Superioribus Seminarii, ex quo recens egressus est. Quod si eum hactenus Episcopus ille aut superiores Seminarii suis sumptibus aluerint, ex justitia recuperare debent ab Episcopo aut Superioribus Seminarii, ad quod transiit, tantum, quantum in ipso educando impensum fuit.

181. In quacumque diecesi aut provincia inveniantur Catholici, qui Germanica tantum lingua utantur, expedit ut in majoribus vel minoribus illius diecesis aut provinciae Seminariis, hanc linguam alumni addiscant, ita saltem ut in casu necessitatis positos possint absolvere.

TITULUS IV.

De Ecclesiis Bonisque Ecclesiasticis tenendis
tutandisque.

CAPUT UNICUM.

182. Quo rectius rerum ecclesiasticarum ordinaretur administratio, ædituorumque laicorum reprimerentur abusus, Concilium Baltimorese primum, quæ sequuntur, tulit Decreta:

183. Cum sæpius æditui laici abusi sint jure sibi a civili potestate tributo, in magnum religionis detrimentum, non sine fidelium scandalo, optamus maxime, nullam in posterum erigi ecclesiam aut consecrari, nisi fuerit episcopo in cujus diecesi erigenda est, in cultum divinum et utilitatem fidelium instrumento scripto adsignata, quodcumque id fieri poterit: Regularium etiam privilegiis sartis tectis servatis, secundum ea quæ a jure canonico et Romanorum Pontificum constitutionibus decreta sunt. Hoc tamen decreto nihil innovare volumus in ea ratione agendi, quam in sua diecesi Episcopus Carolopolitanus jam servat.¹

184. Quoniam graves ortæ sunt turbæ diversis temporibus in hisce statibus, laicis hominibus, præsertim ædituis, sibi perperam assumptibus jus patronatus, et (quod magis mirandum est) jus institutionis ad ecclesias seu missiones, adeo ut pastores, seu missionarios sibi eligere vellent, etiam invito episcopo, eosque retinere in pastoralis munere contra episcopi

¹ Balt., Num. 5.

nemo hujusmodi in posterum in Seminarium quodvis admittatur, nisi secum afferat literas testimoniales ab Episcopo et Superioribus Seminarii, ex quo recens egressus est. Quod si eum hactenus Episcopus ille aut superiores Seminarii suis sumptibus aluerint, ex justitia recuperare debent ab Episcopo aut Superioribus Seminarii, ad quod transiit, tantum, quantum in ipso educando impensum fuit.

181. In quacumque diecesi aut provincia inveniantur Catholici, qui Germanica tantum lingua utantur, expedit ut in majoribus vel minoribus illius diecesis aut provinciae Seminariis, hanc linguam alumni addiscant, ita saltem ut in casu necessitatis positos possint absolvere.

TITULUS IV.

De Ecclesiis Bonisque Ecclesiasticis tenendis
tutandisque.

CAPUT UNICUM.

182. Quo rectius rerum ecclesiasticarum ordinaretur administratio, ædituorumque laicorum reprimerentur abusus, Concilium Baltimorese primum, quæ sequuntur, tulit Decreta:

183. Cum sæpius æditui laici abusi sint jure sibi a civili potestate tributo, in magnum religionis detrimentum, non sine fidelium scandalo, optamus maxime, nullam in posterum erigi ecclesiam aut consecrari, nisi fuerit episcopo in cujus diecesi erigenda est, in cultum divinum et utilitatem fidelium instrumento scripto adsignata, quodcumque id fieri poterit: Regularium etiam privilegiis sartis tectis servatis, secundum ea quæ a jure canonico et Romanorum Pontificum constitutionibus decreta sunt. Hoc tamen decreto nihil innovare volumus in ea ratione agendi, quam in sua diecesi Episcopus Carolopolitanus jam servat.¹

184. Quoniam graves ortæ sunt turbæ diversis temporibus in hisce statibus, laicis hominibus, præsertim ædituis, sibi perperam assumptibus jus patronatus, et (quod magis mirandum est) jus institutionis ad ecclesias seu missiones, adeo ut pastores, seu missionarios sibi eligere vellent, etiam invito episcopo, eosque retinere in pastoralis munere contra episcopi

¹ Balt., Num. 5.

voluntatem; vel eos quos episcopus probaverat rejicerent, vel dimittere aggredirentur, vel muneris sui exercitium impedire, subsidiis ad vitæ sustentationem subductis, seu alia quâvis ratione; quorum conatibus nonnulli sacerdotes sinistros ob fines favisse aliquando noscuntur: Litteris Apostolicis sac. mem. Pii VIII., et Leonis XII., ac S. Congregationis responsis inhærentes, hoc nostro decreto declaramus, repugnare prorsus doctrinæ et disciplinæ Ecclesiæ jus illud a laicis assumptum instituendi, seu dimittendi pastores; et insuper declaramus, nullum jus patronatus cujuscumque generis, quod sacri agnoscant canones, competere nunc alicui personæ, laicorum congregationi, ædituorum cœtui, seu aliis quibuscumque, personis in hac provincia. Declaramus etiam stipendia, seu subsidia quæcumque, quæ solent a fidelibus tribui, vel ob loca quæ in ecclesiis occupant, vel ob servitium quod ecclesiis seu missionibus sacerdotes impendunt, vel ut fundus ad ecclesiam ædificandam comparatur, vel ut ecclesia extruatur, (quæ subsidia plerumque tribuuntur collatitia stipe, et nulla assignata ecclesiæ certa dote,) nullum jus tribuere patronatus, quod a sacris canonibus agnoscatur.¹

185. Insuper, vehementer urgemus omnes hujus provinciæ præsules, ut religioni, paci Ecclesiæ, et sacerdotalis ordinis dignitati consulant, saltem facultates statim revocando, vel ab omni sacro munere suspendendo, quoadusque post integram penitentiam et satisfactionem ipsis præsulibus visum in Domino fuerit, quemcumque clericum qui aliquatenus usurpationis hujusmodi fabricator, seu ei consentiens fuerit, prout a Tridentinis Patribus est statutum.²

186. Præterea, si plebs aliqua, seu congregatio, seu ædituorum cœtus, seu alii quicumque aggressi fuerint aliqua ratione, contra præsulis voluntatem, in ecclesia quacumque retinere sacerdotem aliquem qui a præsule non fuerit approbatus, vel cujus facultates fuerint ablatae, vel qui suspensus fuerit, (quamdiu non fuerit a legitimo Superiore rehabilitatus); vel si congregatio illa, seu ædituorum cœtus molestiam inferat in suo munere obeundo alicui sacerdoti sacrum munus exercenti cum præsulis approbatione, aut subducat vel retineat consuetum subsidium ad illius sustentationem: præsules urgemus omnino, ut tum demum interdican ipsorum ecclesiam, (quoadusque tanto malo remedium afferatur,) cum cetera omnia

¹ Balt., Num. 6.² Ibid., 7.

remedia inutilia esse appareat. Hortamur etiam omnes præsules in hac regione, ut sæpe sæpius administratoribus rerum temporalium, quæ ad ecclesiasticos et pios usus destinantur, proponant et inculcent, et executioni demandari curent, quæ a concilio Tridentino in hanc rem sunt sanctissime decreta. (Sess. xxii., Cap. 11, de Ref.)¹

187. Patres vero Concilii Baltimorensis tertii, pia moti sollicitudine, ne Deo dicata bona in alios diverterentur usus, hæc decreverunt:

Ne fidelium pia voluntas suo fraudetur effectu, et quæ Deo dicaverint in Ecclesiæ utilitatem, ad alios transferantur usus, monemus episcopos, sacerdotes, et alios omnes, penes quos bona sunt mobilia vel immobilia ad ecclesiasticos usus data, ut, ea quæ in singulis Fœderatis Provinciis tutissima videbitur ratione, quamprimum curent ea, juxta leges civiles, usibus a donatoribus designatis servanda. Quod si quis clericorum, vel laicorum, hujusmodi bona a designatis usibus contra donatorum voluntatem averterit, se in pœnas a concilio Tridentino latas (Sess. xxii., Cap. 11, de Ref.) incurrere noverit.²

188. Quo efficacius Ecclesiasticorum Bonorum securitati providerent, hæc insuper statuerunt Concilii Baltimorensis IV. Patres:

Præsules omnes monemus ut securitati bonorum ecclesiasticorum sedulo prospiciant omni qua valent ratione, ideoque legum seu auctoritatis civilis præsidium quærant, ubicumque haberi possit, salvo tamen libero episcoporum jure. Quod si nequeant illud obtinere, saltem testamento juxta legis dispositiones scite facto, cujus duplicatum habeant, caveant ne bona sibi in usus ecclesiasticos commissa a suis finibus avellantur. Habeant etiam bonorum ecclesiasticorum inventarium, et titulos et instrumenta omnia rite disposita. Et si contigerit eos extra diocesim versari, litteras procurationis apud quemdam virum probatum relinquunt, qui ea bona valeat usibus ecclesiasticis servare. Monemus insuper episcopos, ne sinant sacerdotes penes se retinere suo nomine, quæ a fidelibus in publicos et ecclesiasticos usus donata sunt, eorumque fidei commissa.³

189. Sacra Congregatio de Propaganda Fide, die 15 Dec.,

¹ Balt., Num. 8.² Ibid., 43.³ Ibid., 56.

1840, decretum de Bonis Ecclesiasticis tuto servandis edidit: cuius summa est, debere Episcopum unumquemque testamentum condere, quo unum ex suis hujus regionis co-episcopis, quem magis idoneum in Domino judicaverit, hæredem constituat, eo fine, ut sic constitutus hæres successori Episcopi morte sublato omnia tradat bona, quæ ipsi hujusmodi hæreditatis jure obvenerint; id tamen in ipso testamento minime exprimendum, sed significandum hæredi sic instituto per literas, quas perlectas hic comburere debeat. Episcopus, qui coadjutorem habet, illum debet hæredem constituere. Quoad bona communitatum, sive Ecclesiasticarum sive Religiosarum, decrevit eadem Sacra Congregatio:

“ Archiepiscopum et Episcopos, post decreti istius receptionem, ad Superiores, Præfectos, vel Præsides communitatum, quæ intra diœcesis suæ fines reperirentur, scribere debere, illisque omnibus auctoritate S. Congr., quæ illis omnibus ad hoc specialiter delegata fuerit, præcipere, ut primum fieri potuerit, certiore per literas Episcopum facerent: 1^{mo}. An, quæ, et quo onere bona possideat communitas, cui præsit? 2^{do}. An suæ communitati facultas seu jus a civili potestate datum fuerit, bona omnia vel eorum partem possidendi, et ad successores transmittendi? (If they have been incorporated, and empowered to hold all or any part of their property, and what?) 3^{to}. An bona omnia, vel aliqua eorum pars, a Superiore vel ab aliquo communitatis membro, vel a pluribus conjunctim possiderentur? 4^{to}. An aliquem invenerint modum tuto ad successores bona prædicta transmittendi, et quis sit modus iste? An nullus alius haberetur modus præter testamentum?”

190. Ulterius eodem decreto statutum fuit: Episcopum, responso accepto; si non nisi per testamentum bona ad successores transmitti possent, præcipere debere Superioribus, vel illis qui suo proprio nomine communitatis bona possiderent, ut statim testamentum juxta leges civiles duplici exemplari æque authentico conficerent, quorum unum in communitatis scriniis diligenter asservaretur, alterum vero ad Episcopum Diœcesanum in archivio custodiendum mitteretur.

191. Hujus S. C. Decreti intuitu, quinti Concilii Baltimorensis Patres ita declararunt:

Perpenso decreto S. Congregationis de bonis temporalibus Ecclesiæ, Patres animum maxime propensum ad mentem S. Sedis in omnibus sequendam ostenderunt, sed censuerunt speciales leges Statuum singulorum, locorumque adjuncta, gravia afferre incommoda decreti executioni; singulorum tamen episcoporum conscientiam onerandam esse, ut testamento, vel alio instrumento, consulant securitati bonorum ecclesiasticorum quæ penes se sunt: quorum testamentorum duplicatum exemplar apud archiepiscopum deponant, archiepiscopus autem apud seniore episcopum, intra tres menses a sua consecratione: quod si neglexerit episcopus aliquis, monebit eum officii Archiepiscopus, eumque diu cessantem ad S. Congregationem deferet. Idcirco orant Patres, ut S. Sedes dignetur decreti rigorem hac ratione mitigare.¹

192. Ne ecclesiæ ære alieno graventur, et ne earum bona male administrantur vel dissipentur, in eodem Concilio his, quæ sequuntur, decretis sapienter cautum est:

Monemus episcopos ut invigilent ne sacerdotes, vel ecclesiis temere erigendis aut reparandis, vel alia ratione ære alieno contrahendo, res ecclesiæ onerent, aut fidem fallant cum religionis dedecore: ideo exigant rerum rationem saltem quotannis, nec sinant eos æs alienum absque licentia scripto data, ecclesiæ nomine vel causa, contrahere.²

193. Moneantur sacerdotes, ne res suas rebus ecclesiæ immisceant, cum famæ suæ discrimine, vel offensione fidelium, qui injuriam fieri ecclesiæ facile existimant. Idcirco habeant librum quo res omnes ecclesiæ recenseantur; et si ipsi pecuniam in ecclesiæ usum contulerint, id fiat probante episcopo, et cum virorum fide dignorum notitia, et in libro referatur, ut episcopus visitationem habens possit singula inspicere, et jura omnium tueri.³

194. Ut ecclesiarum sanctitatem ab omni profano usu immunem servarent, ab ejusdem Concilii Patribus latum est hoc decretum:

Statutum est, ne laicis personis unquam permittatur verba

¹ Balt., Num. 59.

² Ibid., 64.

³ Ibid., 65.

ad populum facere in ecclesiis, sine Ordinarii licentia, postquam consecratae, vel tantum benedictae fuerunt.¹

195. De Bonis Ecclesiasticis, Patres Concilii septimi hoc statuerunt generale principium:

Statuerunt Patres ecclesias omnes, ceteraque bona ecclesiastica, quae vel dono, vel fidelium oblationibus acquisita, in charitatis vel religionis operibus sunt impendenda, ad Ordinarium pertinere; nisi appareat, scriptoque constet, illa Ordini alicui regulari, vel sacerdotum Congregationi, in ipsorum usum tradita fuisse.²

196. Demum, quae sequuntur, decreta circa eandem materiam promulgarunt Patres Plenarii Concilii Baltimorensis primi:

Patres censuerunt omnino expedire, ut juxta mentem Concilii Tridentini (Sess. xxii., Cap. 9, de Ref.) Ordinarius, aut per se, aut per sacerdotem, cui haec in parte vices suas committat, ab administratoribus rerum ecclesiae temporalium, sive laicis, sive clericis, rationem eorum administrationis singulis annis exigat.³

197. Quoniam quae Deo sunt donata in cultum divinum, et opera charitatis, in Ecclesiae transeunt potestatem, cujus est invigilare ut donatorum pia voluntas fideliter impleatur, ideoque sacris canonibus a laicorum usurpatione saepius vindicata sunt; districte vetamus ne laici sese ingerant iis administrandis, absque episcoporum libero consensu. Quod si eorum injussu eas usurpent, et ad suos usus divertant, vel alia quacumque ratione donatorum voluntatem frustrentur et fraudent, vel quae fidei et curae episcoporum commissa sunt, ex eorum manibus eripere, etiam legis praesidio, conentur, eos poenis a Tridentinis Patribus irrogatis rerum Ecclesiae usurpatoribus, (Sess. xxii., Cap. 11, de Ref.) ipso facto subjacere decernimus, et declaramus.⁴

198. Monemus sacerdotes qui ecclesias administrant, quarum titulus episcopis traditus est, ne aedituos in iis absque episcoporum auctoritate constituent, vel eligi a fidelibus permittant, ne liberae earum administrationi impedimentum aliquod nascatur.⁵

¹ Balt., Num. 60.

² Ibid., 75.

³ Ibid., 92.

⁴ Ibid., 93.

⁵ Ibid., 94.

199. Quum in Statibus hisce Foederatis civibus omnibus et incolis integrum sit, juxta religionis suae praecipua libere et impune sese gerere, idque leges civiles agnoscant ac praedictent; nihil omnino obstare videretur, quominus eas Ecclesiae leges accurate servemus, quae ad Bona Ecclesiastica rite acquirenda et sarta tecta servanda a Conciliis et Pontificibus huc usque latae fuerunt. Optant proinde Patres, ut in oculis omnium et in plenissima civitatis luce sum Ecclesiae jus vindicetur, liceatque Catholicis civibus hac in re, nempe in obtinendis, habendis, tutandisque bonis sacris, qualia sunt fundi in quibus templa extruuntur, templa ipsa, presbyteria, scholae, coemeteria et caetera hujusmodi, Ecclesiae Catholicae leges et instituta ob oculos habere.

200. Haec autem plena libertas tunc tantum existere dici posset, si leges et provisiones ab ipsa Ecclesia factae in foro quoque civili quoad haec admitterentur, iisque hoc modo vis civilis tribueretur. His omnium jura sarta tecta servantur; abusibus si qui forte occurrant abunde obviam itur; et potestas Episcoporum nedum sic augetur, minueretur potius per provisiones ab ipsa Ecclesia factas. Ut enim se tutari possint ab indebita ingerentia tribunalium laicorum, quae Ecclesiae leges vix et ne vix quidem in praxi agnoscerent, nil nunc remanet Episcopis, ut omnia ad normam legum Ecclesiasticarum fieri curent, nisi ut plenissimam rerum administrationem in facie potestatis civilis sibi vindicent. Cum autem illa legum et tribunalium Ecclesiasticorum agnitio in Statibus quibusdam nondum existat, nostrum est ita res componere, ut, in locis ubi per leges civiles melius provisum haud fuerit, impedimenta quae libertati Ecclesiae et bonorum securitati e legibus civilibus oriuntur vel amoveantur prorsus, vel in quantum fieri potest minuantur.¹

201. Ut autem infra debitos limites cohibeantur aeditui laici,

¹ Cf. Balt., Num. 5.

quocumque demum modo eligantur, hæc jam in Concilio Provinciali Neo-Eboracensi Tertio statuta, et ab Apostolica Sede recognita, ad omnes harum provinciarum ecclesias extendimus, et ubique servari consulimus.

“Visum est Patribus, *præscriptionibus ac declarationibus inhærendo ab Apostolica Sede sæpius editis, præsertim vero a Summis Pontificibus Pio VII., et Leone XII. in suis literis “Non sine magno,” die 3. April, 1823, et “Quo longius,” die 16. Aug., 1828, regulas quasdam mature compingere, quæ normam præbeant ac veluti formam tum ædituos eligendi, tum eorum acta moderandi. Sunt vero hujusmodi:*

1°. “Ut ne ille Ædituorum numero adsciscatur, de quo, sub ipsam electionem, vel paullo ante, constiterit eum Societati cuius secretæ nomen dedisse, vel Sacramenta Paschalia non suscepisse.

2°. “Probe intelligant Æditui nefas sibe omnino esse, vel minimam bonorum Ecclesiæ partem in suos usus quovis titulo vel prætextu traducere, aut *in extraneos, nisi de venia Episcopi, ac servatis constitutionibus Apostolicis de rerum Ecclesiasticarum alienatione.*

3°. “Ordinariis sumptibus exceptis, ne liceat Ædituis pecuniæ summam, ultra trecentos scutatos nummos, in ullum peculiare opus erogare, nisi Episcopus de scripto assentiatur.

4°. “Norint Æditui, penes Episcopum esse arbitrium nominandi et creandi Parochum Ecclesiæ, eumque in officio detinendi, vel contra. Ipsius quoque Episcopi unice est, certam nummorum summam Pastoribus animarum attribuire pro eorundem sustentatione; neque licet ædituis stipendia ejusmodi refinere, vel imminuere, vel augere.

5°. “Pastoris est designare Organistam, cantores, sacristam, custodem seu apparitorem, ludimagistrum, (siqua schola in Parochia exstat) et hujus generis homines alios, qui Altari vel Templo inserviant.

6°. “Caveant Æditui ne, Parocho inconsulto, quidpiam tanquam legem aut normam Parochianis præfiniant. Siqua porro discrepantia Pastorem inter et Ædituos de rebus gerendis conferentes exoritur, nec dissensionem componere ipsi per se valeant; controversiam dirimet Episcopus, cujus iudicio et sententiæ parebunt omnes.”¹

¹ Conc. Prov. Neo-Eborac. III., anno 1861 celebratum. Neo-Eboraci, 1862, pp. 25, 26.

202. Declaramus enim universalem Catholicæ Ecclesiæ legem esse, omnes illos qui ecclesiæ bona quocumque modo administrant, nonnisi consentiente Sede Apostolica vel Episcopo, id licite facere, eosque in illorum administratione auctoritati et jurisdictioni Episcoporum, vel si exempti sunt, auctoritati et jurisdictioni eorum, quos Sedes Apostolica designaverit, esse subjectos.


203. Quod spectat vero ad controversias, quæ Episcopos inter et Regulares nonnunquam sunt exortæ, de quibus in Instructione ad hujus Concilii Patres S. Cong. de Propaganda Fide loquitur,¹ censuerunt Patres facile ejusmodi difficultates esse componendas, si tam Episcopi quam Regularium Superiores et canonicas sanctiones, et Decreta Baltimorensia hisce super rebus a S. Sede jam recognita, et bene intelligere studeant et accurate observare satagant. Omnis vero controversiæ fere tolleretur occasio, si quoties Congregatio quædam Religiosa, sive Ordo Religiosus, vel Ecclesiam vel domum in aliqua fundare Diocesi velit, quod nunquam sine Ordinarii consensu fieri poterit, toties debeat inter Episcopum et ejusdem Congregationis, sive Ordinis, Superiorem, vel si opus fuerit, Superiorem Generalem, in scriptis ~~exarari~~ contractus instrumentum, quo omnia quæ ad foundationem, ad jura inde provenientia, et ad officia præstanda spectant, clare et sine ambagibus contineantur: cujus instrumenti duplex debeat esse exemplar, ut unum apud Superiorem, alterum vero penes Episcopum servetur. Quod si bene conficiatur, et sincero animo ab utraque parte, uti decet, observetur ejusdem tenor, nulla certe oriri deberet vel posset contestatio, etiam in casu quo Religionis prædictæ Socii Diocesim relinquunt.²

204. Demum, quicquid sit de meliore methodo tenendi ac tutandi bona Ecclesiastica, quæcumque in effectum deducatur, ad majorem cautelam, ac eorundem securitatem, monemus

¹ Articulus vi.

² Vide infra, Tit. viii., De Regularibus et Monialibus.

Episcopus, ut, juxta S. Congregationis præscriptum, testamenta sua, post consultum jurisperitum probatum, accurate et solerter conficiant, eaque duplici exemplari diligenter conservare satagant, eo fine, ut si quæ, illis vita decedentibus, oriatur circa proprietatis titulum difficultas, iis palam productis in curia instrumentis ac legitime probatis, eliminetur, et sarta tecta contra omne discrimen Bona Ecclesiæ custodiantur.



TITULUS V.


De Sacramentis.

CAPUT I.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

205. Quum Christus Deus sua morte ac meritis humanum genus ex diuturna servitute in pristinam libertatem vindicasset, nosque, ex hostibus ac servis rebellibus, filios iterum atque amicos Patri suo reddidisset; ereptam olim justitiam, sine qua nemo Deo acceptus esse potest, nobis redonavit. Novos tamen ac miros modos simul invenit, quibus justitia illa sic potiremur, ut tum nomine tum re nostra esset; eamque integram adeo incolumemque servaremus, ut nunquam nisi nostra ipsorum culpa auferri vel minui posset. Sacra scilicet quædam symbola, septem numero, instituit, nobisque tradidit, quæ Novæ Legis mysteria vel Sacramenta nuncupantur. Atque horum quidem ratio ita comparata est, ut una ex parte sub sensum cadant oculisque et auribus percipiantur; ex parte autem altera ita sensum effugiant, ut non nisi animo et cogitatione ea intueri ac comprehendere liceat. Quo sane modo sapientissimus rerum omnium Artifex humanæ naturæ imbecillitati optime consultum voluit. Ob corporis enim concretionem anima rerum, quæ sentiuntur, quasi adminiculo indiget, ut divina melius intelligat. “Nam si,” ait hæc ipsa

Episcopus, ut, juxta S. Congregationis præscriptum, testamenta sua, post consultum jurisperitum probatum, accurate et solerter conficiant, eaque duplici exemplari diligenter conservare satagant, eo fine, ut si quæ, illis vita decedentibus, oriatur circa proprietatis titulum difficultas, iis palam productis in curia instrumentis ac legitime probatis, eliminetur, et sarta tecta contra omne discrimen Bona Ecclesiæ custodiantur.



TITULUS V.

De Sacramentis.

CAPUT I.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

205. Quum Christus Deus sua morte ac meritis humanum genus ex diuturna servitute in pristinam libertatem vindicasset, nosque, ex hostibus ac servis rebellibus, filios iterum atque amicos Patri suo reddidisset; ereptam olim justitiam, sine qua nemo Deo acceptus esse potest, nobis redonavit. Novos tamen ac miros modos simul invenit, quibus justitia illa sic potiremur, ut tum nomine tum re nostra esset; eamque integram adeo incolumemque servaremus, ut nunquam nisi nostra ipsorum culpa auferri vel minui posset. Sacra scilicet quædam symbola, septem numero, instituit, nobisque tradidit, quæ Novæ Legis mysteria vel Sacramenta nuncupantur. Atque horum quidem ratio ita comparata est, ut una ex parte sub sensum cadant oculisque et auribus percipiantur; ex parte autem altera ita sensum effugiant, ut non nisi animo et cogitatione ea intueri ac comprehendere liceat. Quo sane modo sapientissimus rerum omnium Artifex humanæ naturæ imbecillitati optime consultum voluit. Ob corporis enim concretionem anima rerum, quæ sentiuntur, quasi adminiculo indiget, ut divina melius intelligat. “Nam si,” ait hæc ipsa

pertractans Chrysostomus, “incorporeus esses, nuda tibi illa et incorporea dona tribuisset; sed quia corpori conjuncta est anima, in sensibilibus spiritualia tibi largitur.”¹ Jam vero nulla alia ratione, quam per hæc Sacramenta, “omnis vera justitia vel incipit, vel cepta augetur, vel amissa reparatur.”² Non sunt igitur, quod hæretici comminiscuntur, signa tantum externa, quæ pietatem vel in animo inesse et vigere ostendant, vel sopitam excitare ac fovere possint: sed eam habent vim et efficaciam, ut, quod foris declarant, intus operentur; et quod exteriori quadam actione vel ritu significant, id reapse in animo efficiant.

206. Nobis propositum non est ea omnia hic recensere, quæ de Sacramentis docet Ecclesia. Volumus tamen, ut ea fidelibus per concionatores sacros Dominicis ac festis diebus per annum diligenter ac copiose explicentur. Pauca tantum attingimus, quæ Sacramentorum ritus ac ministerium spectant.

207. Ac primo quidem, quod ad eos attinet, qui Sacramenta ministrant, sapientissimo Dei consilio factum videtur, ut hæc non cuivis temere aut proprio arbitrio usurpare et sua facere liceat; sed tantum dignis quibusque et rite dispositis, et quidem per Ecclesiæ ministros, impertienda sint. Hos enim potissimum Ipse elegit, per quorum manus pretiosa illa gratiæ et salutis fluentia, ex Christi morientis latere manantia, in populum fidelem deriventur. Cum igitur “Christi ministri” sint, Cujus vices gerunt, et “dispensatores mysteriorum Dei,” sæpius secum recolant, qua singulari plane dignitate et honore fulgèant, quod quamque formidandum onus humeris gerant. Quotidie, et quoties Sacramentis ministrandis inserviendum est, illud in mentem revocent, sancta sancte, id est, reverenter ac religiose, esse tractanda. Summa igitur diligentia imprimis caveant, nequid eorum desit, sine quibus Sacramenti ratio non

¹ Hom. 82, al. 83, in Matth., § 4, Ed. Montf., Tom. vii., col. 787.

² Conc. Trid., Sess. vii., de Sacr., in Proem.

constat; et quoties de valore Sacramenti agitur, rejectis opinionibus, quas *probabiles* vocant, tutiores amplectantur.

208. Dum Sacramenta ministrant, “verba distincte et articulim pronuntientur; incessus, vultus, corporis motus, vocis modulatio, rei sanctissimæ, quæ agitur, conscientiam expriment, et fideles ad firmam fidem devotionemque intimam excitent. Præterea pro viribus et rerum adjunctis curent sacerdotes, ut nitida et decora sint, quæ ad Sacramentorum dispensationem requiruntur. Pastores sibi commissum gregem de Sacramentis et præparatione religiosa his permittenda, quoties occasio offertur, instituant.”¹

209. Quum in Sacramentis conferendis non ea tantum, quæ ad materiam, ut ajunt, formamque pertinent, accurate attendenda sint; sed et omnes sacræ disciplinæ leges, singulosque ritus, ac cæremonias in unoquoque Sacramento præceptas, fideliter et sancte servare oporteat; idcirco valde optamus, ut ab omnibus animarum curam gerentibus rubricæ Ritualis Romani, saltem semel singulis annis, diligenter evolvantur.

210. Quanto vero diligentiam prædecessores nostri adlaborarint, ut Rituale Romanum accurate et ubique apud nos servaretur, et quanto studio caverint, ne ritus novi aut a S. Romanæ Ecclesiæ consuetudine alieni inducerentur, patet ex pluribus eorum decretis, quæ hic adjicimus, atque, quatenus opus sit, iterum confirmamus:

211. Cum vehementer optemus, ut, quatenus fieri poterit, per totam nostram provinciam accurate serventur quæ salubriter in Rituali Romano præscripta sunt, utpote quæ venerandæ antiquitatis exemplo, et Apostolicæ Sedis nituntur auctoritate; et ut tollantur abusus seu suppleantur omissiones ortæ ex priorum temporum difficultatibus; injungimus omnibus sacerdotibus in hac provincia degentibus ut studeant Ritualis regulas accurate servare.²

212. Rev^{mis} Episcopis S. Ludovici et Bostoniensi munus

¹ Conc. Vienn., A. D. 1858, Tit. iii., Cap. 1.

² Balt., Num. 10.

a Patribus demandatum est concinnandi, et hujus concilii nomine et auctoritate in lucem edendi Ritualis Romani accuratam editionem, necnon ejusdem breve exemplar in usum missionariorum; atque utrisque editionibus, in modum appendicis, adjungendi modificationes, hucusque a S. Sede concessas, una cum versione, vernacula lingua, eorum quæ predictis præsulibus vertenda esse visa fuerint.¹

213. Placuit ut Ritnale edatur Romano conforme, adjectis in appendice quæ ad ædificationem fidelium conducere visa fuerint, quod Baltimoræ edatur, auctoritate Rev^m Archiepiscopi, et ubique per Fœderatas Provincias servetur. Ne autem peculiare ritus cujusque arbitrio inducantur, districtè vetamus, ne sacerdotes a forma sibi in Rituali præscripta, consuetudinis obtentu vel alio quocumque prætextu, discedant.²

214. Statuimus, juxta Ritualis Romani præscriptum, in Sacramentis administrandis, et in defunctorum sepultura, sacerdotes omnino teneri ad adhibendam linguam Latinam: et si censuerint expedire, explicationis causa, eorum quæ recitant adjungere versionem lingua vernacula, eam tantum versionem adhibendam esse, quæ fuerit ab Ordinario sancita. Ubi- que autem consuetudo aliqua invaluerit huic decreto adversa, eam quamprimum abrogandam statuimus.³

215. Patres unanimi voce probarunt Ritnale Romanum editum auctoritate conciliorum Provincialium secundi et quarti, curante Episcopo S. Ludovici, sed permiserunt ut appendix fieret amplior, precibus quibusdam vernacula lingua redditis, judicio Archiepiscopi, prout in concilio quarto decretum est. Districtè tamen præceperunt sacerdotibus omnibus, Latinam formam precum nunquam omittere.⁴

216. Quoniam maxime desiderantur libri Anglice conscripti, qui de sacris ritibus tractent, statuimus librum cærimoniarum, qui Rituali Romano sit conformis, et S. Sedis judicio subjiciendus, ex probatis operibus componendum, ut sacerdotes clericique omnes per hanc provinciam accurate calleant et servant ritus Ecclesiæ universalis. Ei autem præmitti volumus explicationem eorundem rituum, ut fideles sacris functionibus adsistere possint majori sensu et ædificatione.⁵

217. Cæremoniale editum juxta concilii Baltimorensis

¹ Balt., Num. 36.

² Ibid., 44.

³ Ibid., 19.

⁴ Ibid., 66.

⁵ Ibid., 30.

Provincialis primi decretum, in omnibus Provinciis Fœderatis servandum volumus, ut rituum uniformitas ubique vigeat, et in omnibus S. Romanæ Ecclesiæ consuetudines æmulemur.¹

218. Rituale Romanum, jam adoptatum a concilio primo Baltimorensi, accurate servandum in sacris muneribus peragendis ubique in diocesis Statuum Fœderatorum decernimus, vetantes districtè ne consuetudines ritusve a Romanis alieni introducantur. Ritus ecclesiasticos nolumus adhiberi in sepultura fidelium, quandocumque eorum corpora sepeliuntur in cœmeteriis sectarum; vel etiam in cœmeteriis profanis, quando adsunt cœmeteria catholica.²

219. Manuale cæremoniarum et librum cæremonialem, jussu concilii Baltimorensis primi præparata, et Gregorio PP. XVI., fel. mem. probata, quæ emendatiori stylo iterum in lucem edita sunt, præmissa etiam rituum explicatione, ubique per omnes Fœderatos Status adhibenda statuimus.³

220. Statuunt Patres ritus sacros pro benedictione SS. Sacramenti, in Cæremoniali et Manuali jam præscriptos, ab omnibus in hisce Fœderatis Provinciis strictè esse observandos.⁴

221. Quum, jubente Christo Domino, dona spiritualia gratis accepta gratis danda sint,⁵ quumque, teste Apostolo, avaritia sit quædam "idolorum servitus,"⁶ quæ quidem in homine Christiano gravis noxa, in veri autem Dei Sacrorum ministro turpissimum facinus est; edicimus, ne quid pro Sacramentorum administratione exigere, petere, aut pacisci quisquam audeat.⁷ Ea vero, quæ pietatis studio post collatum Baptisma vel Matrimonium, eleemosynæ nomine, a fidelibus sponte offeruntur, Sacerdos, si velit, accipiat. Hoc enim apud nos consuetudo tolerat, neque Ecclesia improbat.⁸

222. De Regestis vero Parochialibus, hæc habet Concilium Provinciale Baltimorensis I.:

Missionariis, juxta Ritualis Romani præscriptum, et prædecessorum nostrorum decreta, injungimus, ut in suis ecclesiis

¹ Balt., Num. 42.

² Ibid., 80.

³ Ibid., 81.

⁴ Ibid., 95.

⁵ Matth. x., 8.

⁶ Coloss. iii., 5.

⁷ Can. Baptizand. caus. i., qu. 1; et Tit. de Simonia, passim.

⁸ Rit. Roman., sub init.; De iis quæ in Sac. adm., etc.

libros habeant in quibus referant baptismum, confirmationes, matrimonia, et sepulturas; eosque Ordinario in sua visitatione exhibeant.¹

223. Norma pro Regestis baptismatum, confirmationum, etc., texendis, jam a Rituali Romano tradita est, quam si cuncti sacerdotes sequantur, facile uniformitas in re maximi momenti per omnes provincias haberi potest. Attamen, quum multis in locis magnum incommodum oriri posset, si integra formula, qualis in Rituali habetur, semper exscribenda foret, Regesta hoc, qui sequitur, modo confici possunt. In capite uniuscujusque paginae ponatur formula communis, sub qua singulis, ut vocant, columnis, suo quodque loco notetur. Cujus specimen, Patrum examini subjiciendum, postea exhibebitur. Ob rationes satis graves, quasque per se quisque facile intelliget, hæc Regesta, præter unum fortasse Librum Emortualem, Latina lingua exarari decet.

CAPUT II.

DE BAPTISMO.

224. "Magnis nos mysteriis dignatus est Unigenitus Filius Dei; magnis et quibus digni non eramus, sed quæ decebat illum dare."² Nobiscum enim agendo, non nostra miseria et pravitate, sed infinita ea, qua Ipse est, clementia Christus omnia metitur. Inter hæc mysteria primum locum obtinet Baptismatis Sacramentum; quo, tanquam aquæ lavacro, mundamur et sanctificamur in verbo vitæ.³ Per hoc enim Christus veniam et merita, quæ humano generi apud Patrem suum moriendo conciliaverit, ita nobis impertitur, ut vere

¹ Balt., Num. 14.

² S. Jo. Chrysost., Hom. xxvi., al. xxv., in Joan., § 1, Ed. Montf., Tom. viii., col. 148.

³ Ephes. v., 26.

justi et "filii Dei nominemur et simus."¹ Natura quidem filii iræ et filii Adami nascimur, baptismate autem filii misericordiæ renascimur: omnibus enim qui Christum boni libentesque accipiunt et agnoscunt, quique credentes in nomine ejus unda hac salutari abluuntur, Ipse dedit potestatem filios Dei fieri.²

225. Baptismus non solum culpæ sordes, quas ex protoparentis scelere contraximus, et crimina, si qua sint, actu patrata omnia delet, justitiæque et sanctitatis dona confert amplissima; sed etiam adeo ad salutem, vel in re vel in voto, necessarius est, ut ad promissum Christi regnum alii, quam baptizato, non pateat aditus. Hanc scilicet Ipse legem tulit. "Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit." "Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei."³ Quæ Christi verba quum ita clara et aperta sint, quis non miretur, immo non lugeat miserandam sectariorum nostrorum conditionem, qui Ipsius nec minas formidant, nec oblata beneficia curant? In clarissima enim Scripturarum, quas manibus assiduis terere se gloriantur, luce misere cæcutientes, eloquia Domini oculis legunt, animo prorsus non intelligunt. Hinc adolescent, senescunt, moriuntur denique, Christianorum nomen falso præ se ferentes, quin unquam Christi Ecclesiam per Baptismum fuerint ingressi. Infantes quoque suos, (quod sine lacrymis dici nequit) jure fraudant, quod Christus effuso sanguine iis comparavit, et quotidie passim e vivis excedere sinunt Baptismo destitutos, sine quo Dei vultum, cœlestis beatitatis fontem et originem, aspicere nunquam licebit. Detestabilem quoque parentum Catholicorum socordiam, qui parvulorum ætatem tot casibus obnoxiam non statim baptismatis sacramento muniendam curant, volumus ut pastores animarum acerrime ac sæpius reprehendant.

¹ I. Joan. iii., 1.

² Ephes. ii., 3; Joan. i., 12.

³ Marc. xvi., 16; Joan. iii., 5.

libros habeant in quibus referant baptismum, confirmationes, matrimonia, et sepulturas; eosque Ordinario in sua visitatione exhibeant.¹

223. Norma pro Regestis baptismatum, confirmationum, etc., texendis, jam a Rituali Romano tradita est, quam si cuncti sacerdotes sequantur, facile uniformitas in re maximi momenti per omnes provincias haberi potest. Attamen, quum multis in locis magnum incommodum oriri posset, si integra formula, qualis in Rituali habetur, semper exscribenda foret, Regesta hoc, qui sequitur, modo confici possunt. In capite uniuscujusque paginae ponatur formula communis, sub qua singulis, ut vocant, columnis, suo quodque loco notetur. Cujus specimen, Patrum examini subjiciendum, postea exhibebitur. Ob rationes satis graves, quasque per se quisque facile intelliget, hæc Regesta, præter unum fortasse Librum Emortualem, Latina lingua exarari decet.

CAPUT II.

DE BAPTISMO.

224. "Magnis nos mysteriis dignatus est Unigenitus Filius Dei; magnis et quibus digni non eramus, sed quæ decebat illum dare."² Nobiscum enim agendo, non nostra miseria et pravitate, sed infinita ea, qua Ipse est, clementia Christus omnia metitur. Inter hæc mysteria primum locum obtinet Baptismatis Sacramentum; quo, tanquam aquæ lavacro, mundamur et sanctificamur in verbo vitæ.³ Per hoc enim Christus veniam et merita, quæ humano generi apud Patrem suum moriendo conciliaverit, ita nobis impertitur, ut vere

¹ Balt., Num. 14.

² S. Jo. Chrysost., Hom. xxvi., al. xxv., in Joan., § 1, Ed. Montf., Tom. viii., col. 148.

³ Ephes. v., 26.

justi et "filii Dei nominemur et simus."¹ Natura quidem filii iræ et filii Adami nascimur, baptismate autem filii misericordiæ renascimur: omnibus enim qui Christum boni libentesque accipiunt et agnoscunt, quique credentes in nomine ejus unda hac salutari abluuntur, Ipse dedit potestatem filios Dei fieri.²

225. Baptismus non solum culpæ sordes, quas ex protoparentis scelere contraximus, et crimina, si qua sint, actu patrata omnia delet, justitiæque et sanctitatis dona confert amplissima; sed etiam adeo ad salutem, vel in re vel in voto, necessarius est, ut ad promissum Christi regnum alii, quam baptizato, non pateat aditus. Hanc scilicet Ipse legem tulit. "Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit." "Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei."³ Quæ Christi verba quum ita clara et aperta sint, quis non miretur, immo non lugeat miserandam sectariorum nostrorum conditionem, qui Ipsius nec minas formidant, nec oblata beneficia curant? In clarissima enim Scripturarum, quas manibus assiduis terere se gloriantur, luce misere cæcutientes, eloquia Domini oculis legunt, animo prorsus non intelligunt. Hinc adolescent, senescunt, moriuntur denique, Christianorum nomen falso præ se ferentes, quin unquam Christi Ecclesiam per Baptismum fuerint ingressi. Infantes quoque suos, (quod sine lacrymis dici nequit) jure fraudant, quod Christus effuso sanguine iis comparavit, et quotidie passim e vivis excedere sinunt Baptismo destitutos, sine quo Dei vultum, cœlestis beatitudinis fontem et originem, aspicere nunquam licebit. Detestabilem quoque parentum Catholicorum socordiam, qui parvulorum ætatem tot casibus obnoxiam non statim baptismatis sacramento muniendam curant, volumus ut pastores animarum acerrime ac sæpius reprehendant.

¹ I. Joan. iii., 1.

² Ephes. ii., 3; Joan. i., 12.

³ Marc. xvi., 16; Joan. iii., 5.

226. De ministro hujus Sacramenti, illisque qui id suscipiunt, nonnulla adjicere placuit, ex decretis prædecessorum nostrorum plerumque hausta.

227. Ordinarius Baptismi minister est Episcopus in sua diocesi, Parochus in sua parœcia. Hinc gravissima reprehensione digni sunt sacerdotes, qui infantes ab aliena, sive parœcia sive diocesi, sibi oblatos temere baptizant, cum facile a proprio pastore baptizari potuissent. Abusum hunc, jam a concilio Prov. Baltimorensi VI. notatum,¹ iterum damnamus ac prohibemus.

228. Quum Baptismus adeo ad salutem, vel in re vel in voto, necessarius est, ut valide et licite ab omnibus, urgente necessitate, ministrari possit, curent sacerdotes, ut omnes fideles, præsertim medici, nutrices, atque obstetrices privati baptismatis conferendi modum rite calleant. Sedulo etiam explicent gravissimam, qua tenentur omnes absente sacerdote, obligationem illud infantibus, vel adultis consentientibus, qui in proximo mortis periculo forte constituentur, impertiendi.

229. De A catholicorum infantibus ad baptismum oblati, sic statuit Concilium Prov. Baltimorensense I.:

Censemur infantes acatholicorum, quos ipsi parentes afferunt, baptizandos quoties probabilis affulget spes catholicæ eorum educationis. Curandum autem omnino est ut patrinus, vel matrina, iique catholici, habeantur. Meminerit autem sacerdos, in mortis periculo, quotiescumque occasio se obtulerit, omnes infantes baptizari non solum posse, sed etiam debere.²

230. Amentes et furiosi non baptizentur, nisi tales a natiuitate fuerint; tunc enim de iis idem iudicium faciendum est, quod de infantibus, atque in fide Ecclesiæ baptizari possunt. Sed si dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si vero antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderit, ac vitæ

¹ Balt., Num. 72.

² Ibid., Num. 17.

periculum immineat, etiamsi non sint compotes mentis, baptizentur. Idemque dicendum est de eo, qui lethargo aut phrenesi laborat, ut tantum vigilans et intelligens baptizetur; nisi periculum mortis impendeat, si in eo prius apparuerit Baptismi desiderium.¹ Baptizandi etiam sunt adulti omnes moribundi, quoties prudenter judicari potest, eos non certo respuere fidei gratiam; tunc enim *sub conditione* baptizari possunt. Adultus autem ratione utens, si nullum sit in mora periculum, baptizari non debet, quin prius ea quæ necessariò sunt credenda fuerit edoctus, et Christiani hominis officio satis facturum se spondeat.

231. *Sub gravi* unus saltem patrinus, sive vir sive mulier sit, in Baptismo solemni adhiberi debet. Neque licet plures quam duos adhibere, quorum unus sit vir, altera mulier. Patrinorum dotes ex Rituali Romano recenset idem Concilium:

“Patrinos saltem in ætate pubertatis, ac sacramento confirmationis consignatos esse maxime convenit. Sciant præterea parochi, (quod et de sacerdotibus omnibus qui baptismum administrant intelligendum est) ad hoc munus non esse admittendos infideles, aut hæreticos; non publice excommunicatos, aut interdictos; non publice criminosos, aut infames; nec præterea, qui sana mente non sunt; nec qui ignorant rudimenta fidei: hæc enim patrini spirituales filios suos quos de baptismi fonte susceperint, ubi opus fuerit, opportune docere tenentur.” (Rit. Rom.)²

232. De nominibus imponendis, et de aqua in Baptismate adhibenda, ab iisdem Patribus sic decretum est:

De nominibus in Baptismo imponendis præscribit Rituale: “Quoniam iis qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur; curet (sacerdos) ne obscœna, fabulosa, aut ridicula, vel inanium Deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur; sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur.”³

¹ Rubr. Ritual. Rom., De Baptismo Adult.

² Balt., Num. 11.

³ Ibid., 12.

233. Quando diversa tum Sanctorum, tum familiæ nomina in Baptismo infantibus tribuuntur, si sacerdos censuerit expedire, in prima interrogatione omnia nomina exprimat; in sequentibus tamen formis et precibus, nomina vulgo dicta christiana tantum repetat. In libro autem baptismatum, omnia nomina recenseantur.¹

234. Meminerint etiam missionarii Rituale Romanum, et universalem Ecclesiæ consuetudinem exigere ut aqua, in Baptismo adhibita, fuerit benedicta in eum finem, vel sabbato sancto Paschæ, vel sabbato Pentecostes, vel alio saltem tempore ante Baptismi administrationem, forma in ipso Rituali præscripta. Curandum iis idcirco, ut fontes baptismales *sub clavi*, in unaquaque ecclesia, ubi Baptismi sacramentum ordinarie ministratur, quamprimum erigantur; prope quos, omnia quæ ad administrationem hujus sacramenti pertinent, nitide serventur.²

235. Cæremonias, quæ in Baptismo ministrando ad majorem pompam ac solemnitatem faciunt, Ecclesia sapienti consilio invenit, et magno semper in honore habuit. Hinc eas in solemnibus, quem vocant, Baptismo omittere, resecare, mutilare, præpostero ordine adhibere, aut in alias immutare, nefas est. “Neque enim,” ut loquitur Benedictus XIV.,³ “sine gravi peccato negliguntur tam magni ponderis tantæque antiquitatis ritus, atque ad reverentiam sacramento conciliandam maxime necessarii.”

236. De more, qui olim in hac regione invaluerat, neque adhuc omni ex parte sublatus est, Baptismum in privatis domibus conferendi, hæc in supra commemorato Baltimorensi Concilio habentur:

Ex præteritorum temporum difficultate, invaluit in his regionibus consuetudo Baptismum privatis in domibus administrandi. Cum igitur magnæ gravitatis sit generalem legem in istis regionibus servandam statim ferre, cui contraria est consuetudo; etsi censemur curandum esse, quoad fieri potest, ut hoc sacramentum in ecclesia conferatur, tamen episcopo-

¹ Balt., Num. 18.

² Ibid., 15.

³ Const. Inter omnigenas, die 2. Febr., 1744, § 19.

rum et missionariorum judicio relinquimus, ut statuatur quando sint urgendi fideles ut infantes ad ecclesiam deferant, ut baptismus iis conferatur.¹

237. Verum rebus plerisque in locis in melius mutatis, præcipimus, ne unquam sacerdotes extra ecclesiam hoc Sacramentum conferre audeant, præter mortis imminens casum, in urbibus unam aut plures ecclesias habentibus. Qui ruri degunt, aut in pagis et oppidulis, ubi nulla est Ecclesia, infantes ad Ecclesiam propinquiorem vel stationem, in qua Sacrum fieri solet, baptizandos adducant. Quod si ob aeris intemperiem, itineris difficultatem, parentum inopiam, vel alias graves causas hoc fieri nequeat, tunc missionarii prudentiæ et conscientiæ relinquimus, ut eos domi cum omnibus Ecclesiæ cæremoniis baptizet.

238. Quum Baptismus privatus, ob mortis periculum, domi conferendus est, Sacerdos, stola alba indutus,² omissis omnibus ante Baptismum dicendis vel agendis, “Catechumenum statim trina vel etiam una aquæ infusione rite baptizet; postea vero si tempus adhuc suppetat, et Chrisma secum habeat, liniat eum in vertice, et linteolum candidum imponat, candelamque accensam ei porrigat, sicut in Ordine baptizandi traditur.”³

239. In supplendis autem ritibus omissis, ille Baptismi Ordo servandus erit, sive Parvulorum sive Adultorum, qui servandus in Catechumeno fuisset tempore, quo Baptismum suscepit.⁴

240. Notam seu characterem, qui deleri omnino nequit, in animâ Baptismus imprimat. Hunc igitur qui iterare præsumit, gravissimum crimen admittit. Hæretici autem pleri-

¹ Balt., Num. 16.

² Decr. S. Congr. Rituum, in Calaguritana 28. Sep., 1820, ap. Gardellini.

³ Verba sunt Constitutionis a Sacra Rit. Congr. probatæ, et in Philadelphensi Synodo sexta nuper promulgatæ. Vide Append. hujus Conc.

⁴ Ibid., § 2.

que, cum de Baptismo parum recte sentiant, eamque meræ cæremoniæ loco habeant, quæ nihil ad animæ salutem consequendam juvet, ritus quosdam, qui maximi momenti sunt, et sine quibus haud consistit sacramenti ratio, negligere sæpissime solent. Ideoque eos, quos singularis Dei gratia ex illorum castris evocat atque educit, quum Ecclesiæ nomen dant, iterum baptizari fere semper oportet. Neque tamen omnes ab hæreticis olim baptizati, statim temere a sacerdote ad quem accedant, iterum baptizari debent. Hoc enim fieri vetatur, "dummodo non adsit probabile dubium invaliditatis baptismi."¹ Neque de omnibus, nullo discrimine, per principia quædam, ut ajunt, generalia judicandum est: sed in singulos, qui oblati fuerint, casus, non levi quidem aut perfunctorio, sed diligenti examine, inquirendum est explorandumque, num in singulis servata fuerit debita materia ac forma. Quod postulat tum Sacramenti dignitas, tum verba ipsa legis ecclesiasticæ,² quæ Româ paucos ante annos ad nos transmissa fuit. Si, post accuratum examen, aliquid necessarium defuisse constet, Baptismus absolute iteretur; si dubium aliquod adhuc supersit, iteretur adjecta conditione: si denique, perpensis omnibus, nihil omnino Sacramenti substantiæ defuisse appareat, Baptismum iterare nequis audeat, aut per alium iterari sinat. Secus enim contrahitur illa labes et macula, quam *irregularitatis* nomine Theologi appellant.

241. Quod idem dicendum est, si forte dubium de valore Baptismi ab obstetrice, aut alia persona laica administrati excitatum fuerit. Non illico, ob exortum dubium, iterandus est Baptismus; sed tota res caute et diligenter investiganda,

¹ Decl. Sac. Congr. Concil., 27. Mart., 1683, apud Zamb. I., 210; Decr. S. Congr. Inquis., 17. Nov., 1830.

² "Instituto diligenti examine." Instructio Sac. Congr. S. Officii 20. Julii, 1859, in Appendice hujus Conc. Cf. Ben. XIV., de Syn. Diœc. vii., 6, § 7; et Inst. Eccl. lxxxiv. Vid. etiam recentissimam Constitutionem a S. Congr. Rit. probatam et in Syn. Philadelphien. sexta promulgatam, in Append. hujus Conc.

et testimonio eorum, qui interfuerunt, definienda. Qua in re monet Benedictus XIV. unum testem fide dignum sufficere ad validitatem Baptismi probandam.¹

242. In conversis ab hæresi ad fidem excipiendis, volumus ut ad amussim servetur modus ille, qui in Forma a Sac. Congr. S. Officii, die 20. Julii, an. 1859, tradita habetur, et jam in quibusdam libris ritualibus typis impressus invenitur. Hanc, ut neminem lateat, in Appendicem referendam curabimus. Ibi enim explicite declaratur, quando Baptismus absolute, quando sub conditione, quando denique nullo modo sit iterandus.

243. Concilii Baltimorensis Plenarii primi vestigiis inhærentes,² censuerunt Patres supplicandum esse S. Sedi, ut privilegium, olim quibusdam hujus regionis Diœcesibus ad annum usque 1870 concessum, quo liceat pro adultis baptizandis formulam breviorum pro parvulis constitutam adhibere, Summus Pontifex ad decem vel ad viginti annos omnibus extendere dignaretur.³

244. Sanctæ Sedi supplicandum pariter censemus, uti apud nos morem inducere liceat, qui apud Anglos viget et a Romano Pontifice probatus fuit,⁴ baptizandi scilicet sub conditione privatim, cum aqua tantum lustrali, et absque cæremoniis, adultos ab hæresi ad Ecclesiam conversos, de quorum baptismate prudenter dubitatur.⁵

¹ Inst. Eccl. viii., 8; Syn. Diœc. vii., 6, § 4.

² Decretum erat hujus tenoris:

"Quoniam gravissimæ rationes a Patribus Concilii primi Baltimorensis Provincialis allatæ, dum a SS^{mo} Patre peterent, ut pro baptizandis adultis ea in hisce Provinciis uti liceret formâ quæ in Rituali Romano pro baptismate parvulorum invenitur, adhuc vigent, immo in dies graviores evasuræ videntur; statuunt Patres S. Sedi supplicandum esse, ut privilegium tunc ad viginti annos juxta Patrum preces concessum, nunc perpetuum fiat, vel saltem ad viginti annos iterum concedatur."—Balt., 99.

³ Ad hanc supplicationem S. C. respondit: "Porro S. Cong. censuit Episcopos recurrere debere, expleto tempore postremæ concessionis." Cf. Instruct. iii., art. iv. *supra*.

⁴ Conc. Westmonast., an. 1852, Cap. 16, de Bapt., Can. 8.

⁵ "Quoad hoc postulatam S. Cong. censuit respondendum, pro nunc non expedire." Cf. Instruct. iii., art. v., *supra*.

245. Pium illum ritum ac morem, qui apud Christianas mulieres a partu recentes dudum invaluit, a nostris vero per sæpe negligitur, accedendi ad Ecclesiam ad gratias agendas et benedictionem petendam, commendent animarum pastores, ejusque originem et causas, data occasione, explicent. Contemnitur enim a multis, quia ignoratur aut male intelligitur. De hujusmodi benedictione inter decreta Baltimorensia hoc invenitur:

246. Optant præsules hujus provinciæ ut benedictio mulieris post partum non promiscue, atque nulla ratione habita puerperæ dispositionis, neque extra ecclesiam, vel locum ubi sacrum fit, in posterum conferatur.¹

CAPUT III.

DE CONFIRMATIONE.

247. "Spiritus Sanctus, qui super aquas baptismi salutariter descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter visibiles hostes et pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur: ac si continuo transituris sufficiunt regenerationis beneficia, victuris necessaria sunt Confirmationis auxilia."² Itaque baptismatis fonte renascentes participes efficiamur gratiæ sanctificantis, et adoptionis filiorum Dei: sed præclara hæc Dei dona Confirmatio roborat, auget, perficit, sigillo velut obsignat, atque contra vim minasque inimicorum defendit ac tuetur. Per Spiritum

¹ Balt., Num. 18.

² Hom. de Pentecoste, inter Sermones olim Eusebio Emisseno adscriptos.

enim Sanctum hujus sacramenti munere in corda nostra illabentem, adest profecto cœleste robur ac præsidium, quo magis magisque sincero corde credamus ad justitiam, fidemque nostram intrepide ac libera voce profiteamur ad salutem. Tanta scilicet est hujus sacramenti vis ac virtus, ut homo Christianus eo munitus non solum mundi minas et illecebras contemnere, sed vel ipsam mortem et corporis cruciatus pro fide tuenda bono libentique animo tolerare possit.

248. Confirmationem esse vere ac proprie dictum Novæ Legis sacramentum, definitum est a Synodo Tridentina,¹ quæ simul anathemate perculit plures hæreticorum de hoc sacramento errores, quos hic commemorare necesse non est.²

249. Præter effectus jam commemoratos, Confirmatio characterem seu notam indelebilem animæ imprimit, unde fit ut rite confirmatus nunquam iterum licite aut valide confirmari possit.

250. Licet vero hoc sacramentum non sit necessarium de necessitate mediæ ad salutem, nihilominus est necessarium de necessitate præcepti iis omnibus, qui jubentis Dei et Ecclesiæ præcepta intelligere et adimplere possunt. Quod præcipue valet de iis, qui persecutionem pro religione patiuntur, aut gravioribus contra fidem tentationibus mortisve periculo exponuntur. Quo enim gravius periculum, eo major se munendi necessitas.

251. Quæ de hujus sacramenti materia, ut loquuntur, et forma subtilius in scholis disseruntur, Theologorum judicio relinquentes, illud unum decernimus, omnia quæ in Rubricis de eo conferendo præcipiuntur, stricte et ad amussim esse servanda, ne dubium aliquod de sacramento rite collato oriri possit.

252. Decreta duo in prioribus Conciliis Baltimorensis habitis hic referre placet, atque iterum confirmare:

¹ Sess. vii., de Conf., Can. 1.

² Ibid., Can. 1, 2.

Statuimus confirmationis sacramentum administrandum esse nemini minori septennio, nisi ob peculiare rationes, v. g., in mortis periculo.¹

Quandocumque confirmatio plurimis administratur, statuimus schedulas quasdam, quibus nomina eorum qui confirmandi sunt inscribantur, a pastore unicuique dandas, quas episcopo sacramentum administraturo exhibeant.²

253. Quanquam de necessitate hujus Sacramenti non sit, ut in eo recipiendo Patrinus vel Matrinx adhibeatur, cum tamen id laudabilis Ecclesiæ consuetudo suadeat, sacrique canones præscribant, Episcopi nullum non movebunt lapidem, ut disciplina hujusmodi, jam in nonnullis harum Provinciarum Diocesisibus inuenta, ubique introducatur. Confirmati vero habebunt Patrinos singuli singulos, nec tamen fœminis mares nec maribus fœminæ Patrini officium præstabunt. Quod si hoc fieri omnino nequeat, saltem duo pro pueris Patrini, et duæ pro puellis Matrinx adhibeantur.³

CAPUT IV.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIE SACRAMENTO.

254. Amantissimus Redemptor Noster Jesus Christus, eximia quæ est in homines benignitate et charitate, in augustissimo Corporis ac Sanguinis Sui Mysterio nobiscum semper esse, summoque amore nos pascere ac nutrire volens, id imprimis jussit, ut admirabile hoc Sacramentum sumeretur tanquam verus animæ cibus, quo tum vita conservaretur, tum vires adderentur, juxta Ipsius promissa: "Qui manducat me, et ipse vivet propter me."⁴ Illud dedit insuper ut antidotum,

¹ Balt., Num. 20.

² Ibid., 21.

³ Plurium Patrum voto omissum erat Decretum sub hoc numero; at ex S. Cong. Instructione, supra allata, hac verborum forma est restitutum. Cf. Inst. Gen. S. C.

⁴ Joan. vi., 58.

quo liberaremur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus præservaremur. Pignus demum Illud constituit futuræ nostræ gloriæ, ac perpetuæ felicitatis, necnon symbolum unius illius corporis, cujus Ipse caput, nos vero membra sumus. Quapropter in hoc præcipue boni pastoris incumbat studium, ut oves escâ hac cœlesti et divina alantur reficianturque, ut Corpore Domini nutritæ Spiritu Ejus vivant.

255. Ne itaque in tanta re officio nostro deesse videamur, decretum illud celebre, quod Patres Concilii Lateranensis IV. de annua Communione sanxerunt, quodque voluerunt ut "frequenter in ecclesiis publicaretur, ne quispiam ignorantia cœcitate velamen excusationis assumeret," hic rursus ipsis eorundem Patrum verbis promulgamus. "Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, * * * suscipiens reverenter ad minus in Paschate Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepultura."

256. Quibus verbis, tum ex ipsâmet rei de qua agitur natura, tum ex pœnæ, quam comminantur Patres, gravitate, præceptum ejusmodi dari patet, cui qui non obtemperaverit lethali se inquinasse peccato dicendus sit. Pastores itaque animarum in Domino etiam atque etiam hortamur, ut nullum non moveant lapidem, quo omnes ipsis commissi ad præceptum hoc servandum adducantur. "Instent" sane, "opportune, importune; arguant, obsecrent, increpent in omni patientia."¹ Boni enim pastoris est, ut agnoscat oves suas, simulque efficiat ut et illæ ipsum agnoscant. In eo autem omnem ponant operam, ut fideles digne ad tantum Sacramentum accedant.

¹ II. Tim. iv., 2.

Statuimus confirmationis sacramentum administrandum esse nemini minori septennio, nisi ob peculiare rationes, v. g., in mortis periculo.¹

Quandocumque confirmatio plurimis administratur, statuimus schedulas quasdam, quibus nomina eorum qui confirmandi sunt inscribantur, a pastore unicuique dandas, quas episcopo sacramentum administraturo exhibeant.²

253. Quanquam de necessitate hujus Sacramenti non sit, ut in eo recipiendo Patrinus vel Matrinx adhibeatur, cum tamen id laudabilis Ecclesiæ consuetudo suadeat, sacrique canones præscribant, Episcopi nullum non movebunt lapidem, ut disciplina hujusmodi, jam in nonnullis harum Provinciarum Diocesisibus inuenta, ubique introducatur. Confirmati vero habebunt Patrinos singuli singulos, nec tamen fœminis mares nec maribus fœminæ Patrini officium præstabunt. Quod si hoc fieri omnino nequeat, saltem duo pro pueris Patrini, et duæ pro puellis Matrinx adhibeantur.³

CAPUT IV.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIE SACRAMENTO.

254. Amantissimus Redemptor Noster Jesus Christus, eximia quæ est in homines benignitate et charitate, in augustissimo Corporis ac Sanguinis Sui Mysterio nobiscum semper esse, summoque amore nos pascere ac nutrire volens, id imprimis jussit, ut admirabile hoc Sacramentum sumeretur tanquam verus animæ cibus, quo tum vita conservaretur, tum vires adderentur, juxta Ipsius promissa: "Qui manducat me, et ipse vivet propter me."⁴ Illud dedit insuper ut antidotum,

¹ Balt., Num. 20.

² Ibid., 21.

³ Plurium Patrum voto omissum erat Decretum sub hoc numero; at ex S. Cong. Instructione, supra allata, hac verborum forma est restitutum. Cf. Inst. Gen. S. C.

⁴ Joan. vi., 58.

quo liberaremur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus præservaremur. Pignus demum Illud constituit futuræ nostræ gloriæ, ac perpetuæ felicitatis, necnon symbolum unius illius corporis, cujus Ipse caput, nos vero membra sumus. Quapropter in hoc præcipue boni pastoris incumbat studium, ut oves escâ hac cœlesti et divina alantur reficianturque, ut Corpore Domini nutritæ Spiritu Ejus vivant.

255. Ne itaque in tanta re officio nostro deesse videamur, decretum illud celebre, quod Patres Concilii Lateranensis IV. de annua Communione sanxerunt, quodque voluerunt ut "frequenter in ecclesiis publicaretur, ne quispiam ignorantie cœcitate velamen excusationis assumeret," hic rursus ipsis eorundem Patrum verbis promulgamus. "Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, * * * suscipiens reverenter ad minus in Paschate Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepultura."

256. Quibus verbis, tum ex ipsâmet rei de qua agitur natura, tum ex pœnæ, quam comminantur Patres, gravitate, præceptum ejusmodi dari patet, cui qui non obtemperaverit lethali se inquinasse peccato dicendus sit. Pastores itaque animarum in Domino etiam atque etiam hortamur, ut nullum non moveant lapidem, quo omnes ipsis commissi ad præceptum hoc servandum adducantur. "Instent" sane, "opportune, importune; arguant, obsecrent, increpent in omni patientia."¹ Boni enim pastoris est, ut agnoscat oves suas, simulque efficiat ut et illæ ipsum agnoscant. In eo autem omnem ponant operam, ut fideles digne ad tantum Sacramentum accedant.

¹ II. Tim. iv., 2.

Qui enim indigne manducat, non solum præcepto Ecclesiæ non satisfacit,¹ verum “judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans Corpus Domini.”² Sancta itaque sancte tractentur; omnesque conentur ut tum interno animæ candore, tum externo nitore corporis digni sint, qui sacro huic et cœlesti convivio intersint.

257. Tempus, quo hoc præceptum impleri possit, a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis protendi declaravit Romanus Pontifex Eugenius IV.³ Cum vero sacerdotum inopia et locorum distantia ferme impossibile reddiderint, ut apud nos tam brevi temporis spatio omnes ad sacram Synaxim accedere possent, Præsules in primo Concilio Provinciali Baltimorensi suppliciter rogaverunt Sanctam sedem, ut, pro summa illius in leges ecclesiasticas potestate, facultas illis fieret, “prorogandi tempus communionis Paschalis a prima Dominica Quadragesimæ ad Dominicam SS. Trinitatis inclusive;”⁴ et illorum precibus benigne annuit Rom. Pont. Pius VIII. Si cui vero Episcopo visum fuerit in ejus diœcesi eam dari sacerdotum copiam, ut facile coarctato tempore omnes præcepto satisfacere possint, laudandus erit, si paulatim ac prudenter ad universalem Ecclesiæ disciplinam propius accedat.

258. Verum, quæ de Pane Angelorum semel saltem in anno sumendo præcepit Ecclesia, ita sunt accipienda, ut ille qui sæpius sacræ Cœnæ vestem nuptialem indutus se sistit, non solum non arcendus, sed maxima cum laude admittendus sit. Quare, ut verba usurpemus Patrum Tridentinorum, “paterno affectu admonet Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes et singuli, qui Christiano nomine censentur, * * * memores tantæ majestatis, et tam eximii amoris Jesu Christi Domini Nostri, * * * hæc

¹ Prop. 55, inter damnatas ab Innocentio XI: “Præcepto communionis annuæ satisficit per sacrilegam Domini manducationem.”

² I. Cor. xi. 29.

³ In Const. Fide digna, an. 1440.

⁴ Conc. Balt. Prov. i., p. 92.

sacra Mysteria Corporis et sanguinis Ejus ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ea pietate, et cultu credant, et venerentur, ut Panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, et is vere eis sit animæ vita et perpetua sanitas mentis.”¹ Ne autem in re, in qua varia pro variis personis proferenda sunt judicia, nimis vaga vel incerta sit moderatoribus animarum agendi ratio, sapientissimas regulas a S. Sede propositas rursus promulgare, ac omnibus quorum interest, quam maxime commendare juvat. Illæ vero exponuntur in Decreto S. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum,² a Rom. Pont. Innocentio XI. probato. Hæc in genere primo traduntur: “Multiplices sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritus alienationes; multæ e contra gratiæ et Dei dona parvulis concessa; quæ cum humanis oculis scrutari non possimus, nihil certe de ejusque dignitate atque integritate, et consequenter de frequentiori aut quotidiano vitalis panis esu potest constitui.” Tum de iis qui sæculi negotiis præpediti sunt, hæc statuuntur: “Frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus confessoriorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, et frequentia fructu, et ad pietatem processu, laicis negotiatoribus et conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt.” Ad sacras virgines quod attinet, si quotidie sacram communionem petant, “admonendæ erunt, ut in diebus ex earum ordinis instituto præstitutis communicent; si quæ vero puritate mentis eniteant, et fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a superioribus permittatur.” In hoc demum invigilet diligentia pastoris, “non ut a frequenti aut quotidiana sacræ Communionis sump-tione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi

¹ Sess. xiii., c. 8.

K

² 12 Feb., 1679. Integrum in Appendice habetur.

dies generaliter constituentur, sed magis quid singulis permitendum per se, aut parochos seu confessarios sibi decernendum putet; illudque omnino provideat, ut nemo a sacro convivio, seu frequenter seu quotidie accesserit, repellatur, et nihilominus det operam, ut unusquisque digne pro devotionis et præparationis modo rarius aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet."

259. Hanc sapientissimam normam si servaverint animarum rectores, id assequantur, ut fideles ea quâ par est animi devotione Cibum cœlestem sumant, iisque si non fiat panis quotidianus, saltem ita frequenter ab iis manducetur, ut ab eo roborati usque ad montem Dei pervenire valeant. Omnem itaque operam in eo ponant, ut ad sacram Mensam crebro Christi fideles accedant, præsertim vero iis festis diebus, quos solemniori cum pompa Ecclesia celebrare consuevit. Nihil enim hominibus utilius, nihil amantissimo Domino jucundius fieri potest, quam si ad "coenam magnam," ex divitiis Ejus amoris paratam, omnes vocati, quin ullam prætendant excusationem, læti veniant.

260. Quoad pueros, qui prima vice ad sacram Mensam accedant, præclara Patrum Ravennatensium verba in rem nostram adhibere liceat. "Haud potest quin multum conferat ad totius vitæ Christianæ rationem, ipsamque adeo æternam salutem, modus, quo quis prima vice Sacram Communionem recipiat. Hinc omnes animarum rectores sedulo curent ad illam disponere puellas et pueros, quos per ætatem ac sufficientem rerum spiritualium intelligentiam capaces dijudicaverint. Erudiant eos peculiari studio, inquirant diligenter in eorum vitam, et quos in Christianæ doctrinæ rudimentis jam satis instructos esse, ac morum probitate ac pietate commendari intellexerint, ad sacram mensam admittant, cæteros in aliud tempus, omni humano respectu posthabito, remittentes. Per triduum autem ante communionem

tum exercitationibus piis, tum generali potissimum confessione, præparentur proxime ad illam; ipsâ vero die solemnitate maxima Divinum Panem sumant, cuncto populo inspectante; et præsertim parentibus, quorum curæ postea animæ illæ cœlesti Convivio refectæ, erunt ferventissimo charitatis zelo a Parochis commendandæ."¹

261. Qua vero ætate pueri Eucharistico Cibo primo refici debeant, ab Ecclesia haud est definitum. S. Thomas, generali usus loquendi forma, docuit posse tunc hoc Sacramentum iis conferri, "cum incipiunt aliqualem usum rationis habere, ut possint devotionem concipere hujus Sacramenti."² Pastorum itaque erit hac super re diligenter inquirere, ne quis vel per incuriam nimis cito admittatur, vel per severitatem diutius quam par sit arceatur. Hæc vero regula generalis, quæ tamen suas admittat exceptiones, statui videtur tuto posse, neminem scilicet, ordinarie loquendo, ante decimum annum Angelorum Panis participem fieri debere, nec post annum quartum decimum cuivis cæteroquin digno eum esse negandum.³ Meminerint vero sacerdotes, "tantam non desiderari ætatem, ut quis in articulo mortis Sanctissimo Viatico possit et debeat muniri."⁴ E contra, "male se gerent, nec leviter derelinquerent, si pueros perspicacis ingenii sine Viatico e vivis excedere sinerent, ea ineptâ moti ratione, quod nunquam antea ad Eucharisticam mensam fuerint admissi."⁵ Si qui igitur "pueri nondum satis edocti periculose decumbant, eos Divini hujus Mysteriorum notitia imbuere studeant, neque dubitent illis Divinum hunc Cibum præbere, si Divinum Panem satis a vulgari discernere didicerint, atque aliquo erga illum pietatis sensu affici cognoverint."⁶

¹ Conc. Prov. Ravennæ habitum, an. 1855, sub Em^{mo} Card. Falconerio, Part ii., Cap. 4, Decr. 7.

² Sum. Theol., Par. iii., Quæst. 8, art. 9.

Vide Syn. Diœc. Sabinæ, ab Em^{mo} Card. Lambruschinio, an. 1844 habitam, Part iii., Cap. 2, §§ 6, 7.

⁴ Ibid., § 16.

⁵ Ibid., § 16.

⁶ Ibid.

262. Cum ii, qui mortis periculum subeunt, sub gravissima obligatione Sacram Eucharistiam recipere teneantur, omnes sacerdotes quibus animarum cura incumbit, iterum atque iterum monemus, ne in re tanti momenti officio vel minimum desint. Quum igitur cuivis ex Christi fidelibus sibi commissis supremum videatur imminere discrimen, curent ut quantocius rite dispositus Sanctissimo reficiatur Viatico, quo fortius possit in ultimo agone "omnia tela nequissimi"¹ retundere, et tutus ad vitam pervenire æternam. Gravissimi sane peccati reus esset animarum pastor, cujus ob oscitantiam vel una anima ex hac vita migraret cœlesti Cibo haud refecta. Si vero eadem perduret infirmitas, meminerint sacerdotes in ea "posse et debere sanctissimum Viaticum iterum ac tertio administrari, præsertim si ipsimet ægotantes cœlestem illum panem esuriant."²

263. "Hortetur Parochus infirmum, ut sacram Communionem sumat, etiamsi graviter non ægotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si festi alicujus celebritas id suadeat; neque ipse illam ministrare recusabit. * * * Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cujusvis rei prætextu, ad ostendendum non deferatur."³

264. Dolendum sane est rerum adjuncta, quæ apud nos obtinent, impedire quominus eâ cum pompâ, quam vult Ecclesia, ad infirmos deferatur Sanctissimum Sacramentum. Studeant itaque sacerdotes, ut interna animi devotione hujus pompæ defectum suppleant, simulque haud negligant, quantum in ipsis est, reverentiæ externæ, quæ Christo revera præsentī debetur, prospicere. Dum Sanctissimum deferunt, vana et inutilia evitent colloquia; piæ potius contemplationi vel precibus dent operam. "Delatio Sanctissimi Sacramenti ad urgentes tantum causas, atque ad actuale ministerii Sacer-

¹ Ephes. vi., 16.

² Ben. XIV., De Syn. Diœc., Lib. vii., Cap. 12, § 5.

³ Rit. Rom., De Cura Infirm.

dotalis exercitium coarctetur."¹ Quænam vero sit urgens causa, ex loci, temporis, aliisque adjunctis erit dijudicandum. Injungimus "presbyteris strictam obligationem semper in hisce casibus Sanctam Hostiam super pectus deferendi."² Nunquam, nisi in extrema necessitate vel ipsam Hostiam, vel vas sacrum in quo servatur, stola saltem non induti attrectent. Cum in ecclesia Sanctissimum e tabernaculo extrahunt, semper superpelliceo et stola sint induti. Infirmis Sacram Eucharistiam ministrantes, præscripta Ritualis Romani, in quantum rerum circumstantiæ sinunt, diligentissime servent.

265. Externo obsequio Sanctissimum Sacramentum in ecclesiis, in quibus servatur, coli facile potest et omnino debet. Sacerdotes itaque, qui tanti pignoris custodes a Domino sunt constituti, nihil omnino omittant, quo munus honorificentissimum ipsis demandatum pie et rite exequantur, atque omnia quæ ea de re Ecclesia præcipit, accuratissime serventur.

Consuetudinem antiquissimam asservandi in ecclesiis Sacram Eucharistiam, ut omnino salutarem et necessariam, retinendam esse decrevit Concilium Tridentinum.³ Conservari debet in ecclesia Cathedrali, et in quâvis ecclesia parochiali ut ad infirmos, data occasione, deferri possit. In aliis vero pluribus vel ecclesiis vel sacellis conservari potest vel ex lege, vel ex Pontificio indulto. Qua in re Ordinarios hortamur ut curent, uti nonnisi debita præhabita licentia hoc maximo privilegio quævis ædes sacra utatur.

266. "Sanctissimum Sacramentum asservandum est uno tantum in loco cujuscumque ecclesiæ, in qua custodiri potest, solet, aut debet."⁴ Custodiendum vero est super corporali in tabernaculo decenter ornato, clavi obserato,⁵ quæ clavis semper a sacerdote, qui ecclesiæ vel sacelli curam gerit, custo-

¹ Ex Lit. Encycl. S. C. de Prop. Fide, 25 Feb., 1859; in App. hujus Conc.

² Ibid.

⁴ S. Cong. Episc., 13 Oct., 1620.

³ Sess. xiii., Cap. 6.

⁵ Rit. Rom., de Sacr. Euch.

diri debet.¹ “Tabernaculum conopæo decenter opertum,” vult Rituale Romanum.² Consuetudinem illi “superimponendi sacras reliquias, (etiam Sanctissimæ Crucis, vel Instrumenta Dominicæ Passionis) pictasque imagines, ita ut tabernaculum pro basi inserviat,” dum in eo servatur Sanctissimum, improbavit S. Rituum Congregatio,³ neque posse “vasa florum, vel quid simile ante ostiolum retineri,”⁴ edixit. “Tabernaculum regulariter debet esse ligneum, extra deauratum, intus vero aliquo panno serico decenter contextum.”⁵ In eo servetur Sacra Eucharistia in pyxide, seu ciborio, “ex solida decentique materia; et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta.”⁶ “Vasa SS. Oleorum, reliquias, vel aliud,”⁷ in eo reponere non licet. Abusus vero, qui alicubi irrepsit, habitandi vel dormiendi in ea parte domus religiosæ quæ supra altare est sita, non amplius tolerandus, sed prorsus eliminandus est.⁸

267. Coram Sanctissimo lampas semper accensa habeatur, ex oleo olivarum nutrita, vel saltem “ex aliis oleis quantum fieri possit vegetabilibus;”⁹ nec citra veram necessitatem privilegio utendum, si quod fuerit concessum, Illud sine lumine retinendi.

268. Rituale Romanum jubet particulas Sanctissimæ Eucharistiæ frequenter renovari; et Cæremoniale Episcoporum id semel saltem in hebdomada faciendum præcipit.¹⁰ Hanc regulam, quam S. Rituum Congregatio nedum sæpius confirmavit,¹¹ verum “stricte et rigore obligare”¹² declaravit,

¹ Vide Indulta Pontificia, passim.

² De Sacr. Euch.

³ S. R. C., 31 Mar., 1821, et Maji, 1836.

⁶ Rit. Rom., de Sacr. Euch. S. C. Episc., 26 Jul., 1588, hoc decretum edidit: “SS. Sacramentum teneri non debet in vasculis eburneis, sed in pyxide argentea intus deaurata.”

⁷ S. Cong. Episc., 3 Maji, 1693.

⁸ S. R. C., 11 Maji, 1641; 26 Apr., 1834; 12 Mart., 1836.

⁹ S. R. C., 9 Jul., 1864.

¹⁰ Lib. I., Cap. 6, § 2.

⁴ 22 Jan., 1701.

⁵ S. Cong. Episc., 26 Oct., 1575.

¹¹ 5 Apr., 1573; 3 Sept., 1672; 16 Dec., 1826.

¹² 7 Sept., 1850.

sacerdotibus omnibus fideliter servandam serio inculcamus. “Ubi sacerdos novas consecraverit hostias, veteres primo distribuatur, vel sumat,”¹ minime vero in tabernaculo servet. Curet insuper, ut particulæ consecrandæ recentes sint.

269. Maxime tandem in votis habemus, ut fideles doceantur bona quamplurima ipsis obventura, si Dominum sub speciebus sacramentalibus inter nos hospitem sæpius invisant. Pastoris ergo munus erit, et verbis et exemplo ad hoc pientissimum officium suos incitare, atque hac ratione in omnium cordibus ignem amoris accendere et fovere erga amantissimum Servatorem, “quoniam magnifice fecit, quia magnus in medio nostri Sanctus Israel.”²

CAPUT V.

DE PŒNITENTIA.

270. Pœnitentiæ Sacramentum “tunc præcipue instituit Dominus Noster Jesus Christus, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.”³ Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi et retinendi peccata, ad fideles reconciliandos post Baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit.⁴

271. Quumque Christus Dominus Spiritum Sanctum una cum potestate peccata remittendi Apostolis largiturus, ante significarit, eos ita Se missurum, ut Ipse a Patre missus

¹ Rit. Rom., de Sacr. Euch. S. R. C., 3 Sept., 1672.

² Is. xii., 5, 6.

³ Joan. xx., 22, 23.

⁴ Conc. Trid., Sess. xiv., de Pœn. Sac., Cap. 1.

diri debet.¹ “Tabernaculum conopæo decenter opertum,” vult Rituale Romanum.² Consuetudinem illi “superimponendi sacras reliquias, (etiam Sanctissimæ Crucis, vel Instrumenta Dominicæ Passionis) pictasque imagines, ita ut tabernaculum pro basi inserviat,” dum in eo servatur Sanctissimum, improbavit S. Rituum Congregatio,³ neque posse “vasa florum, vel quid simile ante ostiolum retineri,”⁴ edixit. “Tabernaculum regulariter debet esse ligneum, extra deauratum, intus vero aliquo panno serico decenter contextum.”⁵ In eo servetur Sacra Eucharistia in pyxide, seu ciborio, “ex solida decentique materia; et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta.”⁶ “Vasa SS. Oleorum, reliquias, vel aliud,”⁷ in eo reponere non licet. Abusus vero, qui alicubi irrepsit, habitandi vel dormiendi in ea parte domus religiosæ quæ supra altare est sita, non amplius tolerandus, sed prorsus eliminandus est.⁸

267. Coram Sanctissimo lampas semper accensa habeatur, ex oleo olivarum nutrita, vel saltem “ex aliis oleis quantum fieri possit vegetabilibus;”⁹ nec citra veram necessitatem privilegio utendum, si quod fuerit concessum, Illud sine lumine retinendi.

268. Rituale Romanum jubet particulas Sanctissimæ Eucharistiæ frequenter renovari; et Cæremoniale Episcoporum id semel saltem in hebdomada faciendum præcipit.¹⁰ Hanc regulam, quam S. Rituum Congregatio nedum sæpius confirmavit,¹¹ verum “stricte et rigore obligare”¹² declaravit,

¹ Vide Indulta Pontificia, passim.

² De Sacr. Euch.

³ S. R. C., 31 Mar., 1821, et Maji, 1836.

⁶ Rit. Rom., de Sacr. Euch. S. C. Episc., 26 Jul., 1588, hoc decretum edidit: “SS. Sacramentum teneri non debet in vasculis eburneis, sed in pyxide argentea intus deaurata.”

⁷ S. Cong. Episc., 3 Maji, 1693.

⁸ S. R. C., 11 Maji, 1641; 26 Apr., 1834; 12 Mart., 1836.

⁹ S. R. C., 9 Jul., 1864.

¹⁰ Lib. I., Cap. 6, § 2.

⁴ 22 Jan., 1701.

⁵ S. Cong. Episc., 26 Oct., 1575.

¹¹ 5 Apr., 1573; 3 Sept., 1672; 16 Dec., 1826.

¹² 7 Sept., 1850.

sacerdotibus omnibus fideliter servandam serio inculcamus. “Ubi sacerdos novas consecraverit hostias, veteres primo distribuatur, vel sumat,”¹ minime vero in tabernaculo servet. Curet insuper, ut particulæ consecrandæ recentes sint.

269. Maxime tandem in votis habemus, ut fideles doceantur bona quamplurima ipsis obventura, si Dominum sub speciebus sacramentalibus inter nos hospitem sæpius invisant. Pastoris ergo munus erit, et verbis et exemplo ad hoc pientissimum officium suos incitare, atque hac ratione in omnium cordibus ignem amoris accendere et fovere erga amantissimum Servatorem, “quoniam magnifice fecit, quia magnus in medio nostri Sanctus Israel.”²

CAPUT V.

DE PŒNITENTIA.

270. Pœnitentiæ Sacramentum “tunc præcipue instituit Dominus Noster Jesus Christus, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.”³ Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi et retinendi peccata, ad fideles reconciliandos post Baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit.⁴

271. Quumque Christus Dominus Spiritum Sanctum una cum potestate peccata remittendi Apostolis largiturus, ante significarit, eos ita Se missurum, ut Ipse a Patre missus

¹ Rit. Rom., de Sacr. Euch. S. R. C., 3 Sept., 1672.

² Is. xii., 5, 6.

³ Joan. xx., 22, 23.

⁴ Conc. Trid., Sess. xiv., de Pœn. Sac., Cap. 1.

fuerat,¹ id est, eadem plane divina auctoritate et potestate; manifestum est, sacerdotis in hoc Sacramento actum, sive absolutionem, esse vere judicialem, non mere declaratoriam. Itaque sacerdos locum Christi tenens, Ejusque personam gerens, dum absolutionis formam super pœnitentem rite dispositum profert, non tantum præconis aut narrantis in morem, sed veri judicis instar, eundem et voce declarat et iudicio reddit a reatu liberum.

272. Contritio, quæ ad fructus hujus Sacramenti percipiendos potissimum necessaria habetur, nil aliud est quam animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Quam etsi aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, antequam Sacramentum actu suscipiatur; hanc tamen reconciliationem contritioni ipsi, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, adscribendam non esse docet Synodus Tridentina.²

273. Est et alia quædam Contritio, manca illa quidem et imperfecta, quæque *attritio* vocatur. Hæc in animo oriri solet, dum mens intimam peccati turpitudinem considerans, illud detestari incipit; vel amissa perpetuæ beatitudinis gaudia, gehennæ cruciatus, cæterasque, quas Supremus ille scele- rum Vindex peccantibus constituit, pœnas contemplan- timore percellitur. Contemnendus sane non est hujusmodi dolor, quantumvis imperfectus. Si enim, peccandi voluntate exclusa, spem veniæ impetrandæ secum ferat, est profecto Dei donum, et Spiritus Sancti impulsus, “non quidem adhuc inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat.”³ Attritio quidem per se, sine Sacramenti ope, ad justificationem reos non perducit; disponit tamen ad Dei gratiam in Sacramento obtinendam.

274. Quicumque autem de peccatis suis dolorem non fuca-

¹ Jo. xx., 21.

³ Ibid., Cap. iv.

² Conc. Trid., Sess. xiv., de Pœn. Sac., Cap. iv.

tum et simulatum, sed verum atque sincerum animo conceperit, *is procul* dubio omnia, quæ ad veniam impetrandam faciant, *libenter* præstabit, etiam si durissima quæque exigantur. *Verum* longe aliter nobiscum, licet ingratis ac rebellibus, egit *Dominus* ac Pater filiorum amantissimus. Adeo ut etiam *hic experiri* liceat, quam suave sit Christi jugum, quam leve *onus* humeris nostris impositum.¹ Neque enim multa neque *difficilia* sunt ea, quorum ope homo Christianus, quem criminum *admissorum* pœnitet, noxam eluere, amissam justitiam recuperare, et in Dei gratiam et amicitiam restitui potest. Atque ea ipsa quidem, quæ sponte fit, peccatorum confessio, tantum abest ut, quod impii homines dicunt, cruciatus et car- nificinæ loco habenda sit, ut sit potius singulare quoddam et eximium ægri, afflicti, et turbati animi remedium ac levamen- tum. Quod experientia testatur, et facile prudens quisque intelliget, qui hominum vitam moresque perspectos habet.

275. Peccatorum confessio, qualem Christus instituit, Eccle- siæque suæ perpetuo retinendam tradidit, integra esse debet. Oportet enim, ut omnia et singula mortalia peccata complec- tatur, quorum post diligens examen sibi quisque conscius sit; etiam si *occulta* sint et ab hominum oculis remota; aut non re et actu patrata, sed mente tantum et voluntate concepta.

Venialia quidem et leviora, in quæ naturæ infirmitate sæpe incurrimus, peccata non sunt necessariò in Confessione manifestanda. Neque enim per ea gratia tollitur, aut animæ cum Deo conjunctio solvitur. Possunt igitur citra culpam *taceri*. Quum vero charitatis fervorem minuant, Deoque ingrata sint et invisæ, recte et utiliter confessario exponuntur; *idque* apud *pios* homines ubique et quovis tempore in more *positum* fuit.

Præterea in confessione, ut integra sit, exponendæ sunt a *pœnitente circumstantiæ*, ut in scholis loquuntur, *speciem*

¹ Matth. xi., 30.

mutantes, ea scilicet peccati adjuncta, quæ ejus malitiam ita augent, ut novum inde peccatum aut forte plura oriantur. Potest enim uno eodemque actu virtus aliqua, aut Dei præceptum, non uno tantum modo violari. Detegenda sunt igitur hujusmodi adjuncta, primo nequid confessionis integritati desit; deinde ut sacerdos de pœnitentis statu rectum et accuratum judicium ferre possit, eamque, quæ deceat, salutarem pœnam imponere.

276. Potuisset quidem Deus hominibus post Baptisma lapsis veniam omnino denegare; aut nonnisi adjecta durissima conditione impertiri; ea scilicet, ut coram universo Ecclesiæ cœtu peccata quisque sua patefaceret. Verum Ipse, qui apprime “cognovit figmentum nostrum,”¹ summa quâ est benignitate et clementia nostræ pepercit infirmitati; idque tantum a nobis postulavit, ut sacerdoti secretò et sine testibus conscientiæ arcana panderemus. Cum autem Innocentius III., in magno Concilio Lateranensi,² suprema auctoritate sanciverit, a quibus et quo potissimum tempore peccatorum confessio faciendâ sit, monendi erunt fideles, quotquot ad annos discretionis pervenerint, urgendique per Ecclesiæ pastores, ut semel saltem singulis annis, ac præsertim “sacro illo et maxime acceptabili Quadragesimæ tempore,”³ peccata sua rite confiteantur, lachrymis eluant, pœnisque sibi impositis expient, quo dignius ad Festa Paschalia et regias Agni dapes, nuptiali veste charitatis induti, accedant.

277. Pœnitentiæ minister est Episcopus in sua diocesi, aut Presbyter ab eo habens jurisdictionem: sine quâ, potestas illa dimittendi et retinendi peccata, quæ in radice per Ordinem Sacrum confertur, neque licite neque valide exerceri potest. Jurisdictionem autem, sive ordinariam sive subdelegatam,

¹ Ps. cii., 14.

² “Omnia sua solus peccata confiteatur;” Const. Omnis., Cap. 12 de Pœnit. et Remis.

³ Conc. Trident., Sess. xiv., Cap. 5, de Conf.

imminui et coartari posse per superioris auctoritatem indubium est; in sacerdote quidem per Episcopum, in Episcopo per Summum Pontificem. Ac sæpe quidem et prudenti consilio factum est, ut Episcopus crimina quædam sacerdotum jurisdictioni subduxerit, et sibi tantum etiam in foro conscientiæ recognoscenda et dijudicanda reservarit: atque eadem ratione Summus Pontifex atrociora quædam et graviora delicta ad suum ipsius tribunal deferri jusserit, vetueritque ea, qua pollet, suprema potestate, ne quis alius, sive sacerdos sive Episcopus, de iisdem aut dimittendis aut retinendis judicare posset. Et hæc quidem *casuum reservatio*, ut vocatur, non solum coram Ecclesia et in foro externo, sed etiam coram Deo vim habere, procul dubio credendum est.¹

278. Confessarii munere nihil est præstantius, nihil Ecclesiæ Dei et animarum saluti utilius. Sacro enim ejus ministerio peccator delictorum onere levatur, dæmonis et cupiditatum jugo liberatur, amissæque innocentiae stolâ rursus induitur; genua debilia roborantur,² id est, imbecilles animo ac desides eriguntur; justi denique ad perseverandum in bono, et repositam sibi justitiæ coronam³ assequendam, admotis quasi calcaribus, concitantur atque incenduntur.

279. Quam vero magnum et arduum sit hoc munus Confessarii, vel ex eo patet, quod judex Christi loco constituatur, deque suis judiciis sit aliquando accuratam rationem Summo Judici redditurus. Sibi igitur dictum arbitretur, quod pietissimus ille Israelitarum rex iudicibus a se designatis olim dixit: “Videte quid faciatis; non enim hominis exercetis iudicium sed Domini; et quodcumque judicaveritis in vos redundabit.”⁴ In hoc autem tribunali, sacerdos non se quasi *judicem* tantummodo respiciat, qui reos fatentes audiat, cor-

¹ Pro facultate absolventi in casibus reservatis in Bulla Benedicti XIV. *Sacramentum Pœnitentiæ*, vide Decretum 1., S. Cong., Jan. 24, 1868, *supra*. Vide etiam Instructionem S. R. et Univ. Inquis., in Appendice.

² Is. xxxv., 3.

³ II. Tim. iv., 8.

⁴ II. Paralip. xix., 6.

ripiat, ac correptos pœnâque adfectos dimittat. *Pastoris* etiam officio fungi debet, qui Boni Pastoris exemplo,¹ oves suas cognoscat, errantes inter spineta ac vepres ad caulam reducat, iisque salutari pabulo pastis ad aquas refectionis æternæ ducem se præstet. *Medici* quoque loco habere se debet, qui idonea remedia paret ægrotis, animique vulnera sollicita ac perita manu contrectet et sanet. *Patrem* denique agere decet, qui Evangelici patris instar,² filium exulem, perditum, fame et squalore consumptum, libens osculo pacis redeuntem excipiat, prima stola induat, vitulo saginato exquisitissimisque epulis reficiat, atque in pristinum hæredis ac filii locum et dignitatem reponat.

280. Itaque sacerdos ad Confessiones excipiendas accessurus, singulas, quas agere oportet partes, iudicis nempe, pastoris, medici, ac patris serio mente recolat; singulasque, quantum in ipso est, re et opere exequi studeat. Meminerit ante omnia, se Christi vices gerere, et quasi legatione pro Deo fungi, ut non semel monet Apostolus. Atque in primis, promptum semper paratumque se exhibeat, cum fuerit ad hoc munus obeundum accersitus, præsertim ab egenis et vilioris conditionis hominibus, atque iis quos peccatorum sarcinâ onustos esse, aut a Confessione diu abfuisse noverit. His sine mora, omni posthabito negotio, præsto sit; et in horum gratiam, si necesse sit, divites hujus sæculi, piosque ac devotos sæpius confiteri solitos, præcipue autem mulieres, quibus tempus et otium abunde suppetit, aut negligat aut expectare jubeat, donec male habentibus, qui medico magis egent, fuerit satisfactum. Pœnitentes leniter ac paterno more excipiat, et quamdiu a sacro Tribunali abfuerint, interroget; deinde peccata sua narrantes patienter audiat, neque, (quod Rituale Romanum monet) unquam interpellat, nisi ad obscurius dicta melius intelligenda. Etiam atrociam facinora aut turpissima fatentes immoto vultu audiat;

¹ Joan. x., 11; Matth. xviii., 12; Ps. xxii., 2.

² Luc. xv., 20.

neque suspiriis, aut aliqua voce vel gestu, corporisve aut oris motu, mirantis aut horrescentis animi indicia prodat. Quin immo pœnitentem, si timore aut metu laborare deprehenderit, humanissimis verbis adloquatur; horteturque, ut bono animo et magna fiduciâ peccata omnia in sinum clementissimi Patris effundere non erubescat, summique Præceptoris exemplo, proposito sibi gaudio, confusionem contemnat.¹ Moneat hanc levem esse, quæque momento temporis abeat, partum vero inde gaudium stabile fore ac diuturnum.

281. Raro confitentes, eosque qui vel tenerâ ætate vel rudiori ingenio sunt, præsertim si id ipsi petant, interrogando adjuvet, ut peccatorum numerus ac species clarius patescat. Ubi autem de parvulis agitur, sedulo caveat, ne imprudenter interrogando efficiat, ut maximo innocentie periculo ea discant, quæ eorum ætatem ignorare præstat. Interrogatus ipse a pœnitente dubio et anxio, de iis quæ ad sextum aut nonum præceptum pertinent, paucis tantum verbis, iisque castissimis respondeat. Complicis in quocumque peccati genere nomen exquirere ne audeat.² Peracta peccatorum confessione, pœnitentem, si opus fuerit, de eorum gravitate ac fœditate serio moneat; remedia quibus præcaveantur edoceat; iisque, quæ opportuniora videbuntur, propositis rationum momentis ad dolorem odiumque peccati animo concipiendum, disponere conetur. Tempus vano et inutili sermone non terat, neque pœnitentes id facere sinat; piarum præcipue muliercularum garrulitatem graviter ac moderate coerceat. Si quando, (quod rarissime expedit, nec nisi in agrestibus et hebetioris ingenii hominibus) severa et acri reprehensione ac durioribus verbis utendum ipsi videbitur, id facere licebit; ita tamen, ut ne severitas in acerbitatem delabatur. Neque id faciat nisi

¹ Hebr. xiii., 2.

² Bened. XIV. in Constit. Suprema, die 7. Jul., an. 1745; et in altera Const. Ubi primum, die 2. Jun., 1746. — Vide in Appendice.

absoluta jam Confessione; secus enim rubore aut metu ab integra peccatorum narratione hujusmodi homines deterreri possent. Memor tamen sit officii sui, et minas consolatione, reprehensionem lenibus hortamentis misceat, quodque prudentem medicum decet, amara melle temperet. Demum, quos venia dignos judicaverit, solito more absolvat.

282. Quibus vero neganda aut differenda sit absolutio, optime docet Rituale Romanum his verbis: "Ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris; qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant et scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata."¹

283. Nihilo minus Confessario persuasissimum sit, ad officium ipsius spectare, ut eos qui imparati accedunt, sua, si possit, charitate et diligentia paratos reddat ac dignos, qui absolvantur. Sacro igitur muneri deest, qui, aut eo animo ut labori et molestiis parcat, aut rigidiora morum principia, quæ a Christi doctrinâ et exemplo abhorrent, secutus, pœnitentes præsertim illiteratos, rusticos, aut ex plebecula, severa fronte excipit, acrius objurgat, ac sine Sacramenti beneficio dimittit; eo prætextu, quod conscientiam suam non satis accurate examinaverint, aut de peccatis a se patratis minus dolere videantur. Potest enim, ac pro virili debet eniti, ac Dei co-operante gratia efficere, ut, quod adhuc iis deest ad necessarium dolorem et Confessionis integritatem, ipsius ministerio assequantur. Ac valde timendum est, ne hujusmodi homines unquam redeant, si neque emendati neque absoluti dimittantur.

284. Studeat igitur Confessarius summam illam, quâ Christus Dominus noster peccatores complecti solebat, clemen-

¹ In Ord. Ministrat. Sac. Pœn.

tiam ac benignitatem, quantum licet, æmulari. Homines enim quantumvis sceleribus cumulatos, cæterisque omnibus ob patrata crimina invisos et contemptos, Ipse nunquam aspernabatur aut repellebat. Quod de se, Ipse testatur his verbis: "Qui venit ad me, non ejiciam foras."¹ Neque timendum est sacerdoti, ne Pastoris optimi hac in re exempla sectando, muneri suo desit. Hæc quippe dispensatio non est severitatis ac rigoris, sed indulgentiæ et misericordiæ Sacramentum. Et re quidem vera, qui Christi Domini in agendo cum peccatoribus patientiam et charitatem imitandam sibi proposuerit, is non reprehensionem et pœnam, sed laudem ac præmium ab Eo feret, qui non ad bene habentes, sed ad ægros sanandos, in hunc mundum venit, quique "publicanorum ac peccatorum amicus" vocari dignatus est.²

285. Qua in re præstat Romani, qui sæculo nostro floruit, Pontificis verba afferre, plena illa quidem gravitate ac sapientia, quæque Summum in terris animarum Pastorem et Episcopum optime decent:

286. "Si ulla in re servanda est mediocritas, in hac potissimum servetur necesse est, ne vel nimia facilitas absolvendi facilitatem afferat peccandi, vel nimia difficultas alienet animos a Confessione, et in desperationem salutis adducat. Sistunt se quidem multi sacramenti Pœnitentiæ ministris prorsus imparati, sed persæpe tamen hujusmodi, ut ex imparatis parati fieri possint, si modo sacerdos viscera indutus misericordiæ Christi Jesu, qui *non venit vocare justos sed peccatores*, sciat studiose, patienter et mansuete cum ipsis agere. Quod si præstare prætermittat, profecto non magis ipse dicendus est paratus ad audiendum, quam cæteri ad confitendum accedere. Imparati enim illi tantummodo sunt judicandi, non qui vel gravissima admiserint flagitia, vel qui plurimos etiam annos abfuerint a Confessione: *misericiordiæ enim Domini non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus*; vel qui rudes conditione aut tardi ingenio non satis in seipsos inquisierint, nulla fere industria sua id sine sacerdotis ipsius

¹ Joan. vi., 37.

² Luc. v., 31; Matth. xi., 19.

operâ assecuturi; sed qui, adhibita ab eo necessaria, non quâ præter modum graventur, in iis interrogandis diligentia, omnique in iisdem ad detestationem peccatorum excitandis, non sine fuis ex intimo corde ad Deum precibus, exhausta charitatis industria, sensu tamen doloris ac pœnitentiæ, quo saltem ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponantur, carere prudenter judicentur. Quocumque autem animo sint qui accedant ad ministrum Pœnitentiæ, nihil ei magis cavendum est, quam ne sua culpa, diffusus quispiam Dei bonitati aut Sacramento reconciliationis infensus discedat.”¹

287. Quotiescumque igitur, ob manifestum debitæ dispositionis defectum, absolutionem concedere non licebit, caveat Confessarius, ne id pœnitentibus simpliciter ac iudicis more denuntiet. Quinimmo iis etiam significet ac persuadeat, se ægre quidem et invitum, nec nisi sacri muneris officio bonique eorum spiritualis amore cogi ut absolutionem differat; eos deinde quam humanissimis verbis soletur atque erigat; horteturque, ut quo adhuc carent, cor bonum et optimum, cor novum creandum in ipsis a Deo perpetuis precibus efflagitent: denique, ad quamprimum redeundum blandissime alliciat.

288. Satisfactio est, si verbi vis ac natura spectetur, rei debitæ integra solutio, sive injuriæ alteri illatæ compensatio. Quo sensu Christus Dominus, neque enim alius potuisset, pro nostris et totius orbis sceleribus morte suâ ac cruciatibus Patri plenissime satisfecit. Cum vero de Pœnitentiæ Sacramento sermo est, Satisfactionis nomine intelligitur illa pœna, quæ homini contrito, confesso, et criminibus absoluto, non ipsius quidem arbitrio, sed sacerdotis iudicio irrogatur. Atque hac ratione in nobis, ut ait Apostolus, “adimplemus ea, quæ desunt, passionum Christi;”² quodque in Capite ceptum est, ut Sancti Patres hunc locum explicant, in corpore et membris impletur ac perficitur. Scilicet, per hoc Sacramentum

¹ Leo XII., in Encycl. ad omn. Patr., Archiep., et Ep., de extensione Jubil., an. 1825.

² Coloss. i., 24.

fit, ut unicuique proficiat illa satisfactio, quam pro omnibus Christus in cruce præstitit. Quoniam autem *pœnitentiæ fructus*, sive opera a Confessario injuncta, sunt non solum testificatio doloris, quem ex peccatis commissis capimus, sed etiam pœna quædam, quâ illatas Deo injurias quasi ulciscimur, constat pœnam noxæ, quam expiatura est, parem esse oportere.

289. Hanc igitur irrogaturus, sacerdos rationem habeat status, conditionis, sexus, et ætatis, et item dispositionis pœnitentium. “Videatque,” verba sunt Ritualis Romani, “ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat; ne si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem. Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat: veluti avaris eleemosynas, libidinosi jejunia vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosus devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur et, si expediat, communicent.”¹ Attendenda est etiam Catechismi Romani doctrina: “Universæ satisfactionis modum culpæ ratio temperabit. Sed ex omni satisfactionum genere, maxime convenit pœnitentibus præcipere, ut certis aliquot et definitis diebus orationi vacent, ac pro omnibus et præsertim pro iis, qui ex hac vita in Domino decesserunt, preces Deo faciant.”² Caveat Confessarius, ne pœnitentiam, quæ sine maxima difficultate fieri non possit, imponat; aut quam prudenter judicat fore, ut pœnitens nequeat aut nolit exequi. Neque id, quod ab Ecclesiæ consuetudine maxime abhorret, temere exigat, ut pœnitentiæ opera peragenda sint, antequam absolutio impertiatur.

¹ In Rubr. de Sacr. Pœn.

L

² De Pœn. Sacr. sub fin.

“Pœnitentias pecuniarias,” ut in Rituali Romano monetur, “sibi ipsis Confessarii non applicent, neque a pœnitentibus quidquam tanquam ministerii sui præmium petant vel accipiant.”¹ Etiam ultro quocumque nomine oblata recusent; nec vel ipsam Missæ eleemosynam in hoc sacro Tribunali offerri sinant. “Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam non imponant.”²

290. Sapientissima, quæ Deum ipsum auctorem habet, lege constitutum est, ut peccata in Confessione Dei ministro exposita æterno silentio premantur. Atque adeo sancta est et inviolata hujus arcani religio, ut quoscumque cruciatus mortemque ipsam perferre debeat Sacerdos, potius quam Confessionis secreta revelare. Itaque, regii vatis exemplo, ponat ori suo custodiam, et ostium circumstantiæ labiis suis,³ ne sacrosanctam hanc legem vel in minimis violare videatur. Non solum cum aliis, clericis vel laicis, colloquendo, sed etiam concionando dum vitia reprehendit, quâ maxima potest sollicitudine caveat, ne locus adsit suspicandi, ipsum scientiâ ex sacramenti hujus administratione hausta abuti. Id enim jure merito haud parum scandali apud auditores parit, verbum Dei ludibrio exponit, et ipsum Sacramentum reddit odiosum. Nunquam a pœnitente petat, multo minus importunis precibus extorqueat veniam, quæ in Confessione audiit aliis revelandi, nec cum ipso quidem de iis extra tribunal loquendi. Si forte, vi legis divinæ, vera et proprie dicta obligatio aliquid in Confessione dictum revelandi exorta fuerit, id per ipsum pœnitentem fiat, vel per alium quem ipse elegerit. Nullo modo sacerdos id oneris ultro suscipiat, neque nisi invitus pœnitenti id ab eo postulanti morem gerat.

291. Cum tanta sit hujus Sacramenti necessitas, æquum sane est, ut ad illud omnes libere possint accedere, facilisque cuivis ad Confessarium pateat aditus. Quod si boni pastoris

¹ Catechism. Rom., Loc. cit.² Ibid.³ Ps. cxl., 3.

est, oves etiam errantes et aufugientes sequi et reducere, quanto magis oportet Sacerdotem se bonum volentemque, immo alacrem præstare in peccatoribus excipiendis, qui pacem et veniam a Deo petituri ultro se sistunt. Nequâ igitur mora confiteri volentes præpediat, pastores animarum enixe hortamur et obsecramus, ut apud confessionalia ad pœnitentes audiendos præsto sint singulis Sabbatis, Festorumque vigiliis, vespertino saltem tempore, et Dominicis festisque diebus mane ante primam missam. His enim horis non deerunt pœnitentes, modo Confessarius suo ipse muneri non desit. Sin autem fidelium numerus major sit, quam ut omnes, qui accedunt, uno die audire possit, alia etiam tempora, alios dies eligat, quos huic tam necessario operi impendat. Gravissimum quippe crimen foret, si pastoris negligentia, aut desidia, vel unus e grege fidelium hoc Sacramento fraudaretur. Neque ii facile animum inducent ut ad confitendum redeant, qui semel atque iterum hoc ministerium ipsi Sacerdoti ingratum ac molestum esse deprehenderint.

Episcopos etiam in Domino adhortamur, ut per suas dioceses, præsertim in urbibus, ubi major est Catholicorum frequentia, maximopere curent, ut pastores animarum suum in hac re munus quam diligentissime perficiant.

292. Quâ potissimum ætate parvuli huic tribunal primū se sistere teneantur, nunquam fuit ab Ecclesia definitum. Alii enim ocius, alii serius usum rationis acquirunt. Rem igitur pastorum prudentiæ et zelo committimus, qui facilius possunt ex singulorum indole, moribus, et ingenio judicare, utrum sint adhuc Sacramenti hujus capaces, necne. Moneamus tamen, tam parvulis etiam prima vice confessuris quam adultis licere, quemlibet ab Episcopo probatum confessarium adire.

293. Ad tribunal sacrum accedens Confessarius, superpelliceo ac stola violacea, ad præscriptum Ritualis Romani, sit

indutus; eoque se gerat modo, ut tam sancto ministerio reverentiam conciliet.

294. Ut omni vel levissima suspicionis umbrâ careat sacerdotis ministerium in hoc tam frequenti et necessario Sacramento, non semel a Patribus superiorum Conciliorum Baltimorensium provisum est; quorum verba adjungimus:

295. Vehementer hortamur præsules, ut omni studio curent confessionalia erigenda in omnibus ecclesiis publicis harum provinciarum: et, cum erecta fuerint, nemini sacerdotum licebit Confessiones mulierum alio in loco excipere, sine speciali Ordinarii licentia. Hanc vero nunquam concedendam confidimus, præterquam sacerdotibus ætate provectoris, vel infirmis, vel ob pœnitentes surdas; vel aliis in casibus, in quibus ex hujus regulæ observantia gravia orirentur incommoda. Eam etiam conditionem semper adjiciendam volumus, ut nunquam Confessiones mulierum in privatis ædibus, nisi per crates interpositas, et in loco patenti, quantum per loci rationem licebit, excipiantur.¹

296. Confessionalia in ecclesiis erigenda, pro mulierum Confessionibus excipiendis, decrevit concilium primum Baltimorensis, quod districte servandum omnino est. Ecclesiæ autem nomine, ad Confessiones audiendas, sacristia non est intelligenda, nisi locus sit publicus et patens.²

CAPUT VI.

DE INDULGENTIIS.

297. Licet vere pœnitentibus, confessis, et absolutis, mortis æternæ supplicium, quo eorum scelera punienda essent, a Deo remittatur; temporalis tamen pœna eos plerumque manet, quamvis tum reatu culpæ tum pœnâ gehennæ sempiterna liberati fuerint. Quod multorum in Sacris Literis vel sanc-

¹ Balt., Num. 24.

² Ibid., 67.

tissimorum Patrum historiæ demonstrant; et sancta Dei Ecclesia, vel ab ipso Apostolorum ævo, semper docuit atque etiamnum docet. Hujusmodi autem debiti solutio jejuniis, precibus, elemosynis, aliisque piis operibus perficienda est; ut justitiæ divinæ fiat satis, et crimina, tam pœnæ quam culpæ ratione, omnino deleantur. Verum enim vero, quum nostra pœnitentiæ opera, sive sponte suscepta, sive judicio sacerdotis imposita, levia per se sint atque exigua, quæque peccatorum nostrorum, si bene perpendantur, gravitati vix aut non omnino respondeant, clementissimo Deo et misericordiarum Patri, ex infinito bonitatis thesauro et inexhaustis paternæ charitatis divitiis, egestati nostræ alio modo providere placuit. *Indulgentias* nempe elargiendi potestatem Ecclesiæ suæ fecit, quibus, validissimo velut subsidio, infirmam nostram imperfectamque pœnitentiam juvaret, suppleret, perficeretque.

298. *Indulgentiæ* autem nomine intelligitur pœnæ temporalis, peccatis absolute deletis adhuc debitæ, per thesaurum Ecclesiæ facta remissio. Porro Ecclesiæ thesaurus ille dicitur, quem Christus Dominus, carnem nostram indutus, cruciatibus ac morte sua Ecclesiæ acquisivit; pretiosissima scilicet Ipsius merita, quæ ad Patrem reversurus Sponsæ suæ et in terris hæredi reliquit. His, cumuli instar, accedunt "merita Beatissimæ Dei Genitricis, et omnium Electorum, a primo justo usque ad ultimum."¹ Neque hæc tamen, quod nefas dictu! Christi meritorum valorem augent; immo ex ipsis vim suam omnem et efficaciam repetunt. Siquidem hæc per Christum oblata, Ejusque meritorum intuitu, Pater amantissimus æquis oculis aspicit, grata et accepta habet, et nobis miseris et indignis ad veniam prodesse concedit. Tanta quippe est vis ac virtus, tam præclari fructus communionis sanctorum, quo nomine vocamus arcissimum illud amoris ac pietatis vinculum, quo fideles in terris degentes ac cœlestis patriæ cives continentur!

¹ Clemens VI., in Bulla Unigenitus, an. 1349.

indutus; eoque se gerat modo, ut tam sancto ministerio reverentiam conciliet.

294. Ut omni vel levissima suspicionis umbrâ careat sacerdotis ministerium in hoc tam frequenti et necessario Sacramento, non semel a Patribus superiorum Conciliorum Baltimorensium provisum est; quorum verba adjungimus:

295. Vehementer hortamur præsules, ut omni studio curent confessionalia erigenda in omnibus ecclesiis publicis harum provinciarum: et, cum erecta fuerint, nemini sacerdotum licebit Confessiones mulierum alio in loco excipere, sine speciali Ordinarii licentia. Hanc vero nunquam concedendam confidimus, præterquam sacerdotibus ætate provectoris, vel infirmis, vel ob pœnitentes surdas; vel aliis in casibus, in quibus ex hujus regulæ observantia gravia orirentur incommoda. Eam etiam conditionem semper adjiciendam volumus, ut nunquam Confessiones mulierum in privatis ædibus, nisi per crates interpositas, et in loco patenti, quantum per loci rationem licebit, excipiantur.¹

296. Confessionalia in ecclesiis erigenda, pro mulierum Confessionibus excipiendis, decrevit concilium primum Baltimorensis, quod districte servandum omnino est. Ecclesiæ autem nomine, ad Confessiones audiendas, sacristia non est intelligenda, nisi locus sit publicus et patens.²

CAPUT VI.

DE INDULGENTIIS.

297. Licet vere pœnitentibus, confessis, et absolutis, mortis æternæ supplicium, quo eorum scelera punienda essent, a Deo remittatur; temporalis tamen pœna eos plerumque manet, quamvis tum reatu culpæ tum pœnâ gehennæ sempiterna liberati fuerint. Quod multorum in Sacris Literis vel sanc-

¹ Balt., Num. 24.

² Ibid., 67.

tissimorum Patrum historiæ demonstrant; et sancta Dei Ecclesia, vel ab ipso Apostolorum ævo, semper docuit atque etiamnum docet. Hujusmodi autem debiti solutio jejuniis, precibus, elemosynis, aliisque piis operibus perficienda est; ut justitiæ divinæ fiat satis, et crimina, tam pœnæ quam culpæ ratione, omnino deleantur. Verum enim vero, quum nostra pœnitentiæ opera, sive sponte suscepta, sive judicio sacerdotis imposita, levia per se sint atque exigua, quæque peccatorum nostrorum, si bene perpendantur, gravitati vix aut non omnino respondeant, clementissimo Deo et misericordiarum Patri, ex infinito bonitatis thesauro et inexhaustis paternæ charitatis divitiis, egestati nostræ alio modo providere placuit. *Indulgentias* nempe elargiendi potestatem Ecclesiæ suæ fecit, quibus, validissimo velut subsidio, infirmam nostram imperfectamque pœnitentiam juvaret, suppleret, perficeretque.

298. *Indulgentiæ* autem nomine intelligitur pœnæ temporalis, peccatis absolute deletis adhuc debitæ, per thesaurum Ecclesiæ facta remissio. Porro Ecclesiæ thesaurus ille dicitur, quem Christus Dominus, carnem nostram indutus, cruciatibus ac morte sua Ecclesiæ acquisivit; pretiosissima scilicet Ipsius merita, quæ ad Patrem reversurus Sponsæ suæ et in terris hæredi reliquit. His, cumuli instar, accedunt "merita Beatissimæ Dei Genitricis, et omnium Electorum, a primo justo usque ad ultimum."¹ Neque hæc tamen, quod nefas dictu! Christi meritorum valorem augent; immo ex ipsis vim suam omnem et efficaciam repetunt. Siquidem hæc per Christum oblata, Ejusque meritorum intuitu, Pater amantissimus æquis oculis aspicit, grata et accepta habet, et nobis miseris et indignis ad veniam prodesse concedit. Tanta quippe est vis ac virtus, tam præclari fructus communionis sanctorum, quo nomine vocamus arcissimum illud amoris ac pietatis vinculum, quo fideles in terris degentes ac cœlestis patriæ cives continentur!

¹ Clemens VI., in Bulla Unigenitus, an. 1349.

299. Indulgentias conferendi potestatem Ecclesiæ a Christo concessam esse, earumque usum Christiano populo esse maxime salutarem, a Concilio Tridentino definitum est.¹ Credendum est etiam, quod universa tenet Ecclesia, Indulgentias non solum in *foro*, ut ajunt, *externo*, sed coram Deo quoque vim et robur habere; atque etiam animabus in Purgatorio detentis, per modum suffragii, applicari posse.

300. Ut Indulgentiam quis lucretur, primo loco oportet, ut Dei per gratiam amicus, et ab omni culpæ lethalis reatu liber existat. Cui enim pœna imminet sempiterna, quânam fronte temporalem sibi remittendam postulet? Aut qui maxima et plurima debet, quâ ratione a minimis solvendis excusari velit? Hinc est, quod Summi Pontifices non nisi vere pœnitentibus ac contritis Indulgentias largiantur. Deinde opus est, ut opera injuncta, qualia sunt oratio vocalis, eleemosyna, jejunium, ecclesiæ visitatio, aut alia hujusmodi rite peragantur.

301. Hæc plebem fidelem doceant divini verbi prædicatores; neque certa et fixa Ecclesiæ dogmata theologorum opinionibus immisceant. Hæc si solide et accurate pertractaverint, efficient sane, ut fideles sibi concrediti facillime ineptas et ad nauseam usque repetitas hæreticorum cavillationes retundere possint; quorum multi ex ignorantia, plurimi ex malitia, in hanc doctrinam moremque Ecclesiæ quotidie debacchantur. Doceant etiam, quo grati animi affectu, quo mentis obsequio ac pietate excipienda sint munificentissima hæc Dei et Ecclesiæ matris dona, quæ in nos miseros homunciones, quorum nulla sunt merita, e thesauris cœlestibus effunduntur.

302. Indulgentiæ fictæ aut dubiæ ne in vulgus spargerentur, aut plebi fidelium e suggesto proponerentur, Romani Pontifices gravissimis pœnis vetuerunt. Caveant ergo Parochi et concionatores, ne eas unquam ullove prætextu in medium

¹ Sess. xxv., Decr. de Indulg.

proferant. Neque remotiora et abdita hac in re sectando, faciliora et præ manibus posita negligant. Iis Indulgentiis potissimum insistant, easque populo maxime commendent, quas fideles frequentius, facilius, et majori cum fructu lucrari possint. Hujusmodi sunt, quæ Scapularia gestantibus, Coronam B. Virginis Precatoriam, Litaniasque Lauretanæ recitantibus, aliquod temporis in oratione mentali impendentibus, Mensis Mariani exercitia peragentibus, Stationibus Viæ Crucis adsistentibus, SS. Sacramentum in Ecclesiis reservatum visitantibus conceduntur; et aliæ plures, quæ omnibus ad manus sunt, quæque pietatem maxime fovent, promoventque fidei, spei, et charitatis augmentum. Ideo enim pœnitentiæ rigorem laxat, et Indulgentiarum thesauros effundit Ecclesia, “ut fidelium, (verba sunt Clementis VI.)¹ augeatur devotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat.”²

CAPUT VII.

DE EXTREMA UNCTIONE.

303. Anima Christiani hominis periclitatur tum maxime, cum in summo vitæ discrimine versatur. Ut enim Apostoli verbis utamur, “descendit Diabolus” ad eam, “habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.”³ Infirmitas

¹ In Bulla cit.

² Plures operibus piis, precibusque apud fideles pervulgatis, adnexæ sunt Indulgentiæ, quæ a plerisque ignorantur. Enumerantur hæc diligenter in libro Italico, cui nomen “Raccolta di Orazioni e pie Opere,” etc., Romæ typis edito, et a Sacra Congregatione Indulg. probato. Opusculum hoc paucis abhinc annis Anglice vertit et Londini edidit, R. P. D. Ambrosius St. John, Oratorii Sacerdos. Quæ versio, cum a S. Sede probata fuerit, utiliter a parochis et concionatoribus evolvi potest, et fidelibus commendari.

³ Apoc. xii., 12.

quoque ac dolores corporis intellectum obscurant ac fere obruunt, viresque voluntatis minuunt et labefactant.

304. Cui periculo sapientissimus atque amantissimus Salvator noster sacro Extremæ Uctionis ritu misericorditer prospexit, quo per olei ab Episcopo benedicti unctionem orationemque, seu formam præscriptam, baptizatis graviter ægotantibus confertur presbyterorum ministerio gratia, cujus ope "delicta, si quæ sint adhuc expianda, et peccati reliquiæ abstergantur;"¹ augentur vires ad insidias Dæmonis propulsandas, morbiq; incommoda fortiter toleranda; sanitas quoque corporis, ubi saluti animæ expedierit, restituitur.

305. Extremam vero hanc Uctionem esse verum ac proprie dictum Novæ Legis Sacramentum, docuit S. Jacobus Apostolus,² et contra hæreticos definivit Sacrosancta Synodus Tridentina.³ Habet enim profecto suam ipsius materiam, quam vocant, formamque, quibus adnectitur suavissima Spiritus Sancti gratia ad animam invisibiliter inungendam, id quod visibilis exterior unctio aptissime repræsentat.

306. Quum igitur Christus Dominus per Apostolum loquens præcepto urgeat, quumque tam salutare effectus ex hoc Sacramento profluant, curent omni, quo par est, studio animarum Pastores, ut ex populo sibi commisso unusquisque, qui ad id tenetur, salutari hoc præsidio munitus de vita decedat. Seque coram Summo Iudice inexcusabiles fore meminerint, si quis, eorum incuriâ, hujusmodi auxilio destitutus e vivis excesserit. Itaque fideles sibi concreditos, vel ab initio morbi gravioris invisant, et quanta fieri potest diligentia et charitate, ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, et, cum opus fuerit, Extremæ Uctionis rite percipienda disponant. Neque dubium est, contra morem mentemque Sanctæ matris Ecclesiæ agere sacerdotem, qui expectat, donec ægotus in agone mortis

¹ Conc. Trid., Sess. xiv., Cap. 2, de Extr. Unct.

² Cap. v., 14, 15.

³ Sess. xiv., Cap. 3., de Extr. Uctione, et Can. 1.

jaceat, ut eum Sacro Oleo inungat. Constat enim uberiores gratiæ fructus in animas eorum derivari, qui hujus Sacramenti participes fiunt, dum in iis adhuc integra mens viget ac ratio. Qua de re haud inopportunum erit serio, blande tamen ac leniter, ipsum ægotantem adloqui, propinquos quoque ejus ac amicos commonere; et, si in arcessendo sacerdote negligentiores fuerint, pro officii sui munere increpare.

307. Quum vero, teste S. Jacobo, inter præclaros hujus Uctionis effectus, sit aliquando vel sanitatis corporalis restitutio, patet quam absurde sentiant non pauci nostrates, qui sacerdotis infirmos uncturi adventum, quasi mortis impendentis indicium atque augurium quoddam habent. Studeant igitur animarum moderatores improbam hanc et insulsissimam opinionem inter docendum concionandumque gravissimis verbis reprehendere ac refellere, ut ex omnium animis penitus extirpetur.

308. Illos, quibus hoc Sacramentum præbendum sit, Rituale Romanum satis clare indicat his verbis: "Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui, cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant ut mortis periculum imminere videatur; et iis, qui præ senio deficiunt, et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate. Infirmis autem, qui dum sana mente et integris sensibus essent, illud petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus præbeatur."¹

309. "Non ministretur," dicit idem Rituale, "prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus." Item perpetuo amen- tibus non est administranda Extrema Unctio. Infirmus vero,

¹ Cap. de Sac. Extrem. Unct.

qui ad tempus amens efficitur, quique “dum phrenesi aut amentia laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino. Impenitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis et nondum baptizatis, penitus denegetur.”¹

310. “In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convaluerit et iterum in periculum mortis incidat.”² “Si durante eadem infirmitate,” ait Benedictus XIV., “post susceptam Extremam Uctionem morbus ita remittat, ut ægrotus mortis periculum evasisse videatur, sed, antequam convalescat, iterum in vitæ discrimen relabatur, juxta præsentem disciplinam poterit, sine scrupulo, denuo Sacra Uctione muniri.”³

311. Oleum ex oliva ad hoc sacramentum administrandum requiri constat. Curandum est igitur omni studio, ne olea adulterina, quæ circumferuntur hoc nomine falso insignita, ad ungendos infirmos adhibeantur. Quum vero manifesta res sit, id quod tanquam oleum ex oliva fere ubique venditur, ita callide arte confici, vel aliis oleis ex cetis aut larido ita misceri et obrui, ut olivi nil nisi nomen habeat; excitanda est Episcoporum sollicitudo et diligentia, ut per Catholicos optimæ fidei mercatores verum et purum olivum ab Europa quotannis advehendum curent, ea saltem quantitate, quæ omnium dioceseon necessitatibus pro hujus et aliorum sacramentorum administratione sufficere possit.

Bene autem placuit Patribus propositio Savannensis, offerentis Rev^m Abbati Cisterciensium apud Gethsemane in Diocesi Ludovicopolitana prædia satis ampla prope civitatem S. Augustini in Florida, eo fine ut ibi constituatur communitas Religiosorum, qui oleum olivarum, vinum de vite, et candelas ex operibus apum, in usum ecclesiarum suppeditabunt.

¹ Rit. Rom. Cap. de Sac. Extrem. Unct.

² Ibid.

³ De Syn. Dioc., viii., Cap. 9.

CAPUT VIII.

DE ORDINE.

312. “Si quis aliorum Sacramentorum naturam et rationem diligenter considerarit, facile perspiciet, ea omnia ab Ordinis Sacramento ita pendere, ut sine illo partim confici et administrari nullo modo queant; partim solemnî cæremonia et religioso quodam ritu ac cultu carere videantur.”¹ Quod potissimum affirmari potest de augusto illo Sacrificio et munda per Prophetam prænuntiata oblatione, quæ per universum orbem Christianum a solis ortu usque ad occasum divino nomini offertur.² “Sacrificium enim et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Quum igitur in Novo Testamento Sanctum Eucharistiæ Sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea novum esse visibile et externum sacerdotium, in quod vetus translatus est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem Ejus, nec non et peccata dimittendi et retinendi, Sacræ Literæ ostendunt, et Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.” Ita Concilium Tridentinum.³

313. Sacer Ordo, qui, ob Christi institutionem, gratiæque interioris per signa visibilia collationem,⁴ vere ac proprie dicti Sacramenti rationem habet, non modo confert spiritualem potestatem sacramenti conficiendi et ministrandi, cæteraque munia Ecclesiastica obeundi; sed etiam characterem seu notam animæ imprimit, quæ nec deleri nec auferri potest,

¹ Catech. Rom., de Ord. Sacram.

² Malach. i., 11.

³ Sess. xxiii., Cap. 1, de Ord.

⁴ Cf. II. Tim. i., 6.

qui ad tempus amens efficitur, quique “dum phrenesi aut amentia laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino. Impenitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis et nondum baptizatis, penitus denegetur.”¹

310. “In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convaluerit et iterum in periculum mortis incidat.”² “Si durante eadem infirmitate,” ait Benedictus XIV., “post susceptam Extremam Uctionem morbus ita remittat, ut ægrotus mortis periculum evasisse videatur, sed, antequam convalescat, iterum in vitæ discrimen relabatur, juxta præsentem disciplinam poterit, sine scrupulo, denuo Sacra Uctione muniri.”³

311. Oleum ex oliva ad hoc sacramentum administrandum requiri constat. Curandum est igitur omni studio, ne olea adulterina, quæ circumferuntur hoc nomine falso insignita, ad ungendos infirmos adhibeantur. Quum vero manifesta res sit, id quod tanquam oleum ex oliva fere ubique venditur, ita callide arte confici, vel aliis oleis ex cetis aut larido ita misceri et obrui, ut olivi nil nisi nomen habeat; excitanda est Episcoporum sollicitudo et diligentia, ut per Catholicos optimæ fidei mercatores verum et purum olivum ab Europa quotannis advehendum curent, ea saltem quantitate, quæ omnium dioceseon necessitatibus pro hujus et aliorum sacramentorum administratione sufficere possit.

Bene autem placuit Patribus propositio Savannensis, offerentis Rev^m Abbati Cisterciensium apud Gethsemane in Diocesi Ludovicopolitana prædia satis ampla prope civitatem S. Augustini in Florida, eo fine ut ibi constituatur communitas Religiosorum, qui oleum olivarum, vinum de vite, et candelas ex operibus apum, in usum ecclesiarum suppeditabunt.

¹ Rit. Rom. Cap. de Sac. Extrem. Unct.

² Ibid.

³ De Syn. Dioc., viii., Cap. 9.

CAPUT VIII.

DE ORDINE.

312. “Si quis aliorum Sacramentorum naturam et rationem diligenter considerarit, facile perspiciet, ea omnia ab Ordinis Sacramento ita pendere, ut sine illo partim confici et administrari nullo modo queant; partim solemnî cæremonia et religioso quodam ritu ac cultu carere videantur.”¹ Quod potissimum affirmari potest de augusto illo Sacrificio et munda per Prophetam prænuntiata oblatione, quæ per universum orbem Christianum a solis ortu usque ad occasum divino nomini offertur.² “Sacrificium enim et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Quum igitur in Novo Testamento Sanctum Eucharistiæ Sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea novum esse visibile et externum sacerdotium, in quod vetus translatus est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem Ejus, nec non et peccata dimittendi et retinendi, Sacræ Literæ ostendunt, et Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.” Ita Concilium Tridentinum.³

313. Sacer Ordo, qui, ob Christi institutionem, gratiæque interioris per signa visibilia collationem,⁴ vere ac proprie dicti Sacramenti rationem habet, non modo confert spiritualem potestatem sacramenti conficiendi et ministrandi, cæteraque munia Ecclesiastica obeundi; sed etiam characterem seu notam animæ imprimit, quæ nec deleri nec auferri potest,

¹ Catech. Rom., de Ord. Sacram.

² Malach. i., 11.

³ Sess. xxiii., Cap. 1, de Ord.

⁴ Cf. II. Tim. i., 6.

quâque in æternum is, cui manus sunt impositæ, a laicali cœtu separatur ac distinguitur. Unde iterari nequit hoc Sacramentum.

314. Cum Ecclesia, utpote Spiritu Dei edocta, omnia sapientissime et ordinatissime agat, ministros suos, qui sacerdotio ex officio deserviunt, per diversos ordines, veluti per quosdam gradus, a minoribus ad majora perducit. A prima enim Tonsura, quâ laici homines in clerum cooptantur, per Ostiariatum aliaque officia sacra ad insigne Presbyterorum munus ascendunt; ultimo loco Episcopatum consequuntur, quo amplissimus Sacerdotii honor et dignitas continetur. In Episcopatu igitur, quem Sacerdotii plenitudinem et apicem jure vocant, ad unitatem redigitur tota Hierarchia Ecclesiastica, quæ est, sicut castrorum acies, a cœlesti Duce sapienter ordinata. Hinc, Concilium Tridentinum de diversis Ecclesiæ ministris disserens, Episcopos præcipue commemorare, de iis plura et præclara verba facere, eorumque jura et potestatem adversus novatorum commenta et errores tueri necessarium duxit. Cum enim in Apostolorum locum suffecti sint, illorum profecto est, sanctam Dei Ecclesiam, quam Suo sanguine acquisivit, regere; idque non jure humano aut ecclesiastico, non principum gratia aut plebis voluntate, sed ipsius quidem Spiritus Sancti jussu et ordinatione.¹ Illis, et non aliis, licet Sacramentum Ordinis conferre, et “alia pleraque peragere, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent.”²

315. Ut quis ex Presbyterorum ordine ad Episcopatum evehatur, Sedis Apostolicæ auctoritas sola requiritur; neque ad hoc necesse est ut plebis suffragia exquirantur, aut consensus sæcularis, quæcumque sit, potestatis accedat. Præterea, qui asserere audent Ordines a legitimis et veris Episcopis, iis scilicet qui auctoritate Romanæ Sedis assumuntur, irritos

¹ Act. Apost., xv., 28.

² Conc. Trid., l. c., Cap. 4.

esse, sine populi vel potestatis sæcularis consensu aut vocatione, a Tridentina Synodo anathematis pœna plectuntur.¹

316. Quum sacerdotum munus et officium sit, populum Christianum sanctæ Fidei mysteriis imbuere, et in via mandatorum Domini currentes incitare, vacillantes confirmare et lapsos erigere; satis inde patet, quanta sacrarum rerum scientia pollere, quanta morum sanctitate enitere debeant. Secus enim, quomodo poterit Ecclesiæ minister veram et sinceram Christi doctrinam, ab omni humani erroris luto ac veneno immunem, fidelibus propinare? Aut qua fronte se gregi suo ducem et exemplar offerre, ad eas virtutes consequendas, ad quas ipse invitat et hortatur? Ne quis igitur in posterum ordinandus accedat, qui non sufficienti literarum et doctrinæ sacræ suppellectili sit instructus, volumus ut in singulis harum Provinciarum diocesisibus quatuor vel tres ad minus in posterum ab Episcopo constituentur Examinatores, qui facto Ordinandorum scientiæ periculo, perpensisque omnium, quibus testari competit, de eorum genere, persona, ætate et vitæ honestate testimoniis, scienter et sincere de omnibus ad Episcopum referant, suamque in scriptis de unoquoque candidato patefaciant sententiam; utrum scilicet dignus an indignus sit, qui ad Ordines admittatur. Idem, quoad scientiæ periculum, cum Regularibus qui ordinandi sistuntur, servandum decernimus.

317. Juxta Ecclesiæ mentem, quæ ex sæpe repetitis Canonici Juris sanctionibus manifeste eruitur, unusquisque a proprio Episcopo ordinandus est. Quo nomine appellatur Episcopus, cui subditur ratione sive *originis*, sive *domicilii*. Locus *originis* dicitur urbs, oppidum, aut pagus, ubi quis *naturaliter* ortus est, scilicet ubi pater verum domicilium habet. Si autem alibi per accidens nascatur, v. g. occasione itineris, legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis

¹ Conc. Trid., loc. cit., Can. 7, 8.

moræ, tum nullatenus hujusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda. Quod si pater in alieno loco ubi filius nascitur, tandiu eoque animo permanserit, ut inibi *domicilium* de jure contraxerit, tunc non origo patris, sed *domicilium* pro filii ordinatione attendi debet.¹ In neo-baptizatis, ex hæresi aut infidelitate conversis, locus *originis* censetur ille, in quo Baptismum accipiunt. Ita enim a Paulo III. constitutum fuit, et ita se habet praxis Curie Romanæ.²

318. Subditus autem ratione *domicilii*, ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen stabiliter constituit in aliquo loco, vel decennali habitatione, vel illuc majorem bonorum partem cum ædibus instructis transferendo, ibique per notabile tempus commorando, atque insuper animum permanendi habere jurejurando affirmat.³ Plura hinc ad *domicilium* vere dictum pro ordinandis constituendum lege positiva requiri patet, quam pro cætera sacramenta suscepturis. Si quis duo habeat *domicilia*, poterit ab utriuslibet loci Episcopo Ordines petere, quia uterque *proprius* Episcopi loco habetur.

319. Ab *alieno* Episcopo nemo ordinari potest, nisi secum afferat *proprius* Episcopi literas dimissoriales, et has quidem non generalibus verbis conceptas, sed quæ clare et determinate expriment Ordinem vel Ordines, pro quibus conferendis facultas datur.

320. Si quis ab Episcopo proprio ad clericalem tonsuram seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non potest ab alio Episcopo, ratione aut titulo beneficii cujuscumque, ad

¹ Innocent. XII., in Const. Speculatores, §§ 9, 10; ubi tota hæc materia amplissime pertractatur.

² Vid. Honorante, Prax. Sac. Tribun. Card. Urb. Vicarii, Romæ, 1762, p. 21; Pauli III., Const. Cupientes (31 Mart., 1542), quam Pauli Constitutionem postea confirmavit ampliavitque Clemens XI., in Const. Propagandæ, edita die 11. Maji, 1704.

³ Const. Speculatores, § 11.

ulteriores Ordines promoveri, nisi antea literas testimoniales proprii Episcopi, tam originis quam *domicilii*, super suis natalibus, ætate, moribus, et vita Episcopo ordinanti in actis illius curiæ conservandas exhibuerit.¹ Quod ad *quemcumque titulum* extenditur a Sac. Congreg. Concilii Tridentini interprete.²

321. Si quis a propriæ originis loco discesserit, tenetur literas testimoniales Ordinarii suæ originis Episcopo ordinanti offerre; et de iis mentio expressa facienda est in literis susceptorum Ordinum. Neque refert, utrum ordinandus a loco originis in ea ætate discesserit, quâ potuerit canonico impedimento irretiri, an antea, cum hujusmodi impedimento ob annorum defectum subjacere non posset. Prædictæ literæ testimoniales requiruntur, etiam cum Episcopus ordinaturus est ratione *domicilii* proprius, aut est alioquin certus de moribus ordinandi.³ Præterea, si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo non *naturaliter*, sed *ex accidenti*, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonicum aliquod impedimentum contrahere, tunc etiam testimoniales ab Ordinario ejus loci literas Episcopo ordinanti exhibere teneatur, earumque in susceptorum Ordinum Testimonio mentio fiat.⁴

322. Quum igitur Ecclesia tot legibus ac decretis plane ostendat, providere se voluisse, ut tota, quam longa est, candidatorum anteacta vita Episcopo ordinanti pateat, quo ipse tutiori conscientia et sine ullo legum canonicarum aut rei Christianæ detrimento, ad Ordines conferendos procedat; quumque experientia constet apud nos, nonnullos eorum qui sacros Ordines ambiunt, huc illuc vagari, et ex uno Collegio

¹ Const. Speculatores, § 7.

² In causa Pientina, die 18. Julii, 1733, § 16; et in Messanensi, die 22. Aug., 1739, § 4. Apud Zamboni, in Coll. Decl. Sac. Congr. Card. Conc. Trid. Romæ, 1816, Tom. viii., p. 46.

³ Const. Speculatores, § 12. Adde Decl. S. Congr. Conc. Trid. in Pientina seu Heinensi, 8 Aug., 1733, § 6: apud Zamb. loc. cit.

⁴ Const. Speculatores, § 9.

aut Seminario in alterum sæpius migrare solitos esse; statuimus ut Episcopi eorumque examinatores in posterum ab omnibus hujusmodi, præter cætera requisita, exigant insuper literas testimoniales a Rectoribus aut Superioribus Collegiorum et Seminariorum subscribendas, in quibus patefiat qualemcumque studiis operam dederint; necnon a Parochis vel probatæ vitæ sacerdotibus aliorum locorum, in quibus per aliquod notabile tempus commorati fuerint.

323. Sacerdotes sine titulo ordinari non possunt, sive is ex patrimonio, seu beneficio, seu paupertate religiosa oriatur. Apud nos, S. Sedis indulgentiâ, sæculares sacerdotes, nemine fere excepto, ad titulum missionis hucusque ordinati fuere. Quum vero quinquennium, per quod facultas ordinandi ad hujusmodi titulum concessa est, jam effluxerit, censemus S. Sedi supplicandum esse, ut eadem harum Provinciarum Episcopis iterum concedatur, si Summo Pontifici visum fuerit.¹ Supplicandum quoque censemus, ut liceat ordinandis in posterum Titulum Missionis acquirere, quin jurejurando se obligare teneantur ad perpetuo Missionibus inserviendum.²

CAPUT IX.
DE MATRIMONIO.

324. "Matrimonii perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens Divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: 'Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de

¹ Hanc facultatem "Singulis Fœderatorum Statuum Episcopis, usque ad terminum unicuique eorum pro aliarum facultatum exercitio assignatum," S. Pontifex benigne concessit, 24. Jan., 1868. Cf. Decretum S. C. de P. F., II., *supra*.

² Hac de postulatione forsitan pertractabit S. Cong. de Prop. Fide, in promissa nobis circa Ordinationem Titulo Missionis Instructione. Vide Instruct. Gen., *supra*.

carne mea: quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una.'"¹

"Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari et conjugi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba tanquam a Deo prolata referens, dixit: 'Itaque jam non sunt duo, sed una caro;' statimque ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: 'Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.'"²

"Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus innuit dicens: 'Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea:'³ mox subjungens: 'Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et Ecclesia.'"⁴

325. Hinc patet quantum in ipsam naturam peccent miseri illi homines, qui apud nos vagam effrænemque libidinem specioso *liberi amoris* nomine cohonestare, ac illi naturæ officio, quod generis humani parens agnovit, ac ejusdem Redemptor sanctificavit, subrogare conantur. Neque ii ferendi sunt, qui legi a Christo latæ repugnantes, polygamiam impuram rursus inducere volunt. Etenim "hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes; hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant; quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur."⁵

326. Verum hæc errorum portenta adeo sunt foeda, ut nullus vere Christianus homo ea non detestetur, ac penitus exhorrescat. Dolendum tamen eam animis plurimorum ex nostratibus insedis opinionem, posse per legis civilis auctoritatem penitus abrumpi Matrimonii vinculum, ita ut conjugii

¹ Gen. ii., 23, 24; Eph. v., 30, 31.

⁴ Syn. Trid., Sess. xxiv., Decr. de Sac. Matr.

² Matth. xix., 5, 6.

⁵ Jud. Epist., vers. 19, 10.

³ Eph. v., 25, seq.

aut Seminario in alterum sæpius migrare solitos esse; statuimus ut Episcopi eorumque examinatores in posterum ab omnibus hujusmodi, præter cætera requisita, exigant insuper literas testimoniales a Rectoribus aut Superioribus Collegiorum et Seminariorum subscribendas, in quibus patefiat qualemcumque studiis operam dederint; necnon a Parochis vel probatæ vitæ sacerdotibus aliorum locorum, in quibus per aliquod notabile tempus commorati fuerint.

323. Sacerdotes sine titulo ordinari non possunt, sive is ex patrimonio, seu beneficio, seu paupertate religiosa oriatur. Apud nos, S. Sedis indulgentiâ, sæculares sacerdotes, nemine fere excepto, ad titulum missionis hucusque ordinati fuere. Quum vero quinquennium, per quod facultas ordinandi ad hujusmodi titulum concessa est, jam effluxerit, censemus S. Sedi supplicandum esse, ut eadem harum Provinciarum Episcopis iterum concedatur, si Summo Pontifici visum fuerit.¹ Supplicandum quoque censemus, ut liceat ordinandis in posterum Titulum Missionis acquirere, quin jurejurando se obligare teneantur ad perpetuo Missionibus inserviendum.²

CAPUT IX.
DE MATRIMONIO.

324. "Matrimonii perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens Divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: 'Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de

¹ Hanc facultatem "Singulis Fœderatorum Statuum Episcopis, usque ad terminum unicuique eorum pro aliarum facultatum exercitio assignatum," S. Pontifex benigne concessit, 24. Jan., 1868. Cf. Decretum S. C. de P. F., II., *supra*.

² Hac de postulatione forsitan pertractabit S. Cong. de Prop. Fide, in promissa nobis circa Ordinationem Titulo Missionis Instructione. Vide Instruct. Gen., *supra*.

carne mea: quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una.'"¹

"Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari et conjugi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba tanquam a Deo prolata referens, dixit: 'Itaque jam non sunt duo, sed una caro;' statimque ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: 'Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.'"²

"Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus innuit dicens: 'Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea:'³ mox subjungens: 'Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et Ecclesia.'"⁴

325. Hinc patet quantum in ipsam naturam peccent miseri illi homines, qui apud nos vagam effrænemque libidinem specioso *liberi amoris* nomine cohonestare, ac illi naturæ officio, quod generis humani parens agnovit, ac ejusdem Redemptor sanctificavit, subrogare conantur. Neque ii ferendi sunt, qui legi a Christo latæ repugnantes, polygamiam impuram rursus inducere volunt. Etenim "hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes; hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant; quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur."⁵

326. Verum hæc errorum portenta adeo sunt foeda, ut nullus vere Christianus homo ea non detestetur, ac penitus exhorrescat. Dolendum tamen eam animis plurimorum ex nostratibus insedis opinionem, posse per legis civilis auctoritatem penitus abrumpi Matrimonii vinculum, ita ut conjugii

¹ Gen. ii., 23, 24; Eph. v., 30, 31.

⁴ Syn. Trid., Sess. xxiv., Decr. de Sac. Matr.

² Matth. xix., 5, 6.

⁵ Jud. Epist., vers. 19, 10.

³ Eph. v., 25, seq.

bus hoc modo separatis ad novas liceat conyolare nuptias. Quod quantum a veritate sit alienum, patet ex verbis Christi relatis. Hunc pessimum errorem damnaverat jam Synodus Tridentina;¹ verum crescente in dies hominum impurorum audacia, rursus in eum inclamavit Pius PP. IX., feliciter regnans, qui in "Syllabum complectentem præcipuos nostræ ætatis errores," suo jussu² editum, et hunc referri voluit: "Jure naturæ Matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest."³ Ut enim Matrimonium est naturæ officium, ejus fines perpetuam ac individuam conjugum vitæ postulant societatem. Insuper Sacramenti dignitas et gratia, quâ Christus contractum naturalem decoravit, simul "ejus indissolubilem unitatem confirmavit;" ita ut Christianorum Matrimonium "sanctissimi illius vinculi, quo Christus Dominus cum Ecclesia jungitur, Sacramentum, id est, sacrum signum sit."⁴ Quam sanctissimam doctrinam tueri, et in effectum perducere volentes Patres Concilii Provincialis Baltimorensis V., decretum hoc tulerunt:

327. Cum lege divina vetitum sit homini separare quos Deus conjunxit, monemus Episcopos ut in suis synodis sub pœna excommunicationis *ipso facto*, prohibeant iis qui divortio civili sejuncti sunt, ne ad nova transeant vota, legitimo vinculo posthabito.⁵

328. Cum vero fieri possit, post luctuosas belli civilis vicissitudines, ut sæpius dubia oriantur de morte conjugis, præsertim si militiæ nomen dederit, opportunum ducimus hic Instructionis partem inserere, quæ a Congregatione S. Officii est edita, a Rom. Pont. Clemente X. probata,⁶ et deinde omnibus Episcopis transmissa:⁷ "Interrogetur (testis) de loco et tempore, quo sunt mortui (conjuges), et quomodo ipse testis sciat fuisse conjuges, et nunc mortuos. Et si respon-

¹ Sess. xxiv., Can. 5 et 7. ⁴ Catech. Rom., c. 9. ⁶ Bullar. Rom., 21 Aug. 1670.

² 8 Dec., 1864.

⁵ Balt., Num. 61.

⁷ 25 Dec., 1827.

³ Prop. 67.

deat mortuos fuisse in aliquo hospitali, vel vidisse sepeliri in certa ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse a militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico a rectore hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel a rectore ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel, si fieri potest, a duce illius cohortis, in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitimæ et sufficientes." Qua in re præ oculis habendum illud Juris Canonici præscriptum,¹ juxta quod mulieribus conjugatis non licet novum Matrimonium contrahere, "donec certum nuntium recipiant de morte virorum, * * * quantocumque annorum numero ita remanere" debeant. Constat itaque, antequam novæ nuptiæ licite iniri possint, requiri certam prioris conjugis mortis cognitionem, quæ non nisi ab Ordinario, omnibus bene perpensis, probari jure debet.²

329. Cum Matrimonium sit magnum Sacramentum, fideles qui illud sunt inituri maximam curam impendere debent, ut ea, quâ par est, animi devotione digne Dei gratiam per illud collatam accipiant. Quapropter "admoneantur conjuges, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur, et ad Sanctissimam Eucharistiam, atque ad Matrimonii Sacramentum suscipiendum pie accedant."³ In eandem sententiam Patres Concilii Provincialis Baltimorensis I. hæc decreverunt:

330. Pastores animarum monemus, ut, sui officii memores, omnem adhibeant sollicitudinem ad rite disponendos fideles qui sacramentum Matrimonii suscipere velint; nec se peccato immunes existiment, si temere quoslibet manifeste indignos jungant. Revocent igitur fidelibus in memoriam Tridentini

¹ Decretal. lib. iv., Tit. i., Cap. 19. In præsentia. Cf. ejusdem lib. Tit. xxi., Cap. 2, Dominus ac Redemptor Noster.

² Vide integram C. S. O. Instructionem, in Appendice.

³ Rit. Rom., De Sac. Matr. Vide Conc. Trid., Sess. xxiv.; De Ref. Matrim. c., 1, sub finem.

Concilii sapientissima hac in re monita, eaque servari curent. Ea etiam omnia quæ a prædecessoribus nostris in synodo et conventu antehac habitis, juxta S. Sedis et Conciliorum probatorum auctoritatem sancita sunt, sedulo sequantur, pro prudente religionis studio, Ordinarii uniuscujusque in sua diocesi statutis et jussis semper præ oculis habitis.¹

331. Quo debitæ huic præparationi melius prospiceretur, et ii, qui ab Ecclesia vetantur, ab hoc Sacramento arcerentur, denuntiationes quas ante Matrimonium faciendas præscripsit Concilium Tridentinum,² apud nos haberi curaverunt hujus regionis Præsules. Namque in Concilio Baltimorensi VI. ita decreverant:

Censuerunt Patres optandum esse, ut, statim atque Ordinario uniuscujusque diocesis utile visum fuerit, proclamationes, quæ banna vocari solent, habeantur, et fiant ante celebrationem Matrimoniorum, juxta mentem conciliorum Lateranensis et Tridentini.³

332. In superiori vero Concilio Plenario hoc statutum est:

Statuunt Patres in omnibus harum Provinciarum diocesis, post festa Paschalia anni proxime venturi 1853, banna Matrimoniorum publicanda esse. Ordinarios vero hortantur, ut ne hac in re, nisi gravissimis de causis, dispensent.⁴

333. Quam saluberrimam disciplinam, jam usu receptam, firmam manere omnino volumus. Insuper vehementer hortamur pastores, ut praxim benedicendi Matrimonia intra Missam ubique introducant.⁵

334. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis semper detestata est Ecclesia. Neque hac in re officio suo defuerunt decesores nostri. Sic enim in Concilio Baltimorensi Provinciali IV. statuebatur:

Sacerdotibus omnibus hujus provincie in memoriam revocamus, antiqua Ecclesie lege, quam SS. Pontifices non desierunt inculcare, vetari Matrimonia catholicorum cum acatholicis, cum sanctitas sacramenti postulet, ut uterque fide et aliis animi dispositionibus gratiæ sacramenti suscipiendæ idoneus

¹ Balt., Num. 25. ² Conc. Trid., loc. cit. ³ Balt., Num. 71. ⁴ Ibid., 88.

⁵ Cf. Decreta S. C. R. circa Missam pro Sponso et Sponsa, in Appendice.

sit, et plura gravioraque incommoda et mala ex hujusmodi connubiis sæpe sequantur; nempe discordia domestica, et catholice partis et prolis perversio. Quod si rerum adjuncta aliquando suadeant ex auctoritate Apostolica ea esse permitenda, imprimis curandum erit ut conscientie securitati et libero religionis exercitio a Catholica parte consulatur, sicut et prolis utriusque sexus in fide Catholica educationi, solemniter coram Deo promissione iis de rebus emissa; secus, nullatenus licebit sacerdoti iis connubiis adstare. Meminerint insuper sacerdotes, pluribus SS. Pontificum decretis vetari, ne ullus sacer ritus fiat, vel vestis sacra adhibeatur, dum fœdera hujusmodi ineuntur, quæ neque intra ecclesiam ineunda sunt.¹

335. Moneantur tamen animarum pastores, ut in hisce promissionibus exigendis fortiter quidem in re, in modo tamen suaviter se gerant, ne "æmulationem quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam,"² utrumque sponsum exasperent, indeque mala oriantur graviora; quod eo magis præcavendum, cum constet raro hisce in regionibus ab Episcopo vel sacerdote pro ineundis ejusmodi nuptiis dispensationem peti, donec res jam eo usque processerit, ut Matrimonium per Ecclesie monita abrumpi posse vix sit sperandum.

336. Omnis opera in eo potius ponenda est, ut fideles a mixtis istis conjugii omnino deterreantur. Hortamur igitur animarum pastores, ut semel saltem in anno, tempore præsertim Adventûs vel Quadragesimæ, gravi sermone greges sibi commissos mala quæ ex iis pullulant edoceant, simulque fidei pericula indicent, quæ tum sponso Catholico, tum proli suscipiendæ imminet; gravissima ostendentes fuisse rationum momenta quibus permota Christi Ecclesia id genus nuptias acriter semper vetuerit, ac etiamnum vetet.

337. Ex istis conjugii pessimus ille ortum habuit abusus, ut Catholicus coram præcone hæretico contractum matrimonialem quandoque iniret. In quem animadverterunt Patres Concilii Baltimorensis VII., sequenti decreto:

¹ Balt., Num. 49. Vide Instructionem S. P. Pii Papæ IX., in Appendice.

² Rom. x., 2.

Stricte prohibemus, ne sacerdotes Matrimoniis eorum qui jam ab acatholico ministro vel conjuncti sunt, vel conjungi volunt, interesse præsumant.¹

338. Quod explicantes et confirmantes, prioris Concilii Plenarii Patres sic statuerunt:

Decretum Concilii Baltimorensis Provincialis VII. intelligendum declaramus de iis, qui temere conjunguntur coram præcone acatholico, contra leges ecclesiasticas, quæ vetant communionem in divinis cum hæreticis, et usurpati muneris sacri agnitionem. Nolumus sacerdotes suam operam præstare iis quos noverint ministellum adituros, fœderis matrimonialis iterandi causa, vel qui fœdere sic inito, absque penitentiaë indiciis, benedictionem sacerdotalem petunt.²

339. Haud raro accidit, ut in quibusdam locis pauca quædam familiae Catholicae degant, inter maximum Acatholicorum numerum, quorum plerique baptismate haud sunt abluti.³ Ob sacerdotum vero penuriam, loca hujusmodi raro a Missionariis perlustrantur. Hinc evenit, ut Catholici non pauci clam Ecclesia Matrimonia invalida propter impedimentum *disparitatis cultus* ineant. Cum vero accesserit sacerdos, eum confitendi causâ adeunt, atque eo monente, petunt ut sua Matrimonia, quæ sæpe valida esse bona fide putaverant, rehabilitentur. At Acatholicus conjux consensum renovare plerumque omnino recusat: ob locorum vero distantiam et temporis angustias Episcopus adiri vix potest; periculum autem manifestum est in morâ. Hisce perpensis, censuerunt Patres, orandam esse S. Sedem, ut ipsis fiat potestas communicandi Missionariis qui talia loca forte inviserint, facultatem sanandi *in radice*, vel alias rehabilitandi hujusmodi Matrimonia in supra memoratis casibus, prout ipsis in Domino visum fuerit; hac tamen adjecta conditione, ut quamprimum Episcopum certiolem facere debeant, quandocunque hac facultate usi fuerint.

¹ Balt., Num. 77.

² Ibid., 100.

³ De hæreticorum Baptismi validitate relate ad Matrimonium, vide Declarationem S. Sedis, in Appendice.

Patribus etiam visum est expedire, ut supplicatio ad Sanctam Sedem porrigatur, ut Episcopis potestas fiat communicandi Vicariis Generalibus, et urgente necessitate, aliquibus sacerdotibus, facultates quas ipsis concedere consuevit Sancta Sedes, dispensandi in impedimentis Matrimonialibus, prout eis in Domino visum fuerit.¹

340. Decretum Tridentinum de Matrimoniis clandestinis² in plerisque hujus regionis diocesisibus promulgatum haud fuisse constat. Qua de re, hæc fuit Patrum Concilii Baltimorensis V. sententia:

Censuerunt Patres haud expedire decretum Tridentinum de clandestino Matrimonio ad alias parocias dioceseos Detroitensis, extra ipsam civitatem, adhuc extendere; nec ad alias dioceses Americae Fœderatae, præter eas in quibus jam noscitur promulgatum: et orandam esse S. Sedem, ut dispenset quoad ipsam civitatem Detroitensem.³

Cum vero eadem perdurent rerum adjuncta, eidem et nos adhæremus sententiæ. Plura enim incommoda certo oritura nobis videntur, si proprii sacerdotis præsentia ad id necessaria esset, ut valide iniri possent Catholicorum nuptiæ. Si quo vero in loco dubium adhuc existat, utrum lex Tridentina ibidem promulgata fuerit, rem Ordinarii judicio relinquimus dirimendam. Ut omnis tamen controversia auferatur, conscientiarum securitati consulatur, ac in re maximi momenti uniformitas habeatur, optimum fore nobis videtur, si Summæ Sedis auctoritate, ea disciplina quæ jam fere ubivis apud nos viget, universe in hac regione, excepta Provincia Neo-Aurelianensi, instituat.⁴

¹ "Relate ad hæc duo postulata, voluerunt Em^{ti} Patres standum omnino esse formulis facultatum, ubi determinantur personæ quibus memorata facultates communicari possunt." Instruct. S. C. III., art. vi.

² Concil. Trid., Sess. xxv., de Reform. Matrim., c. 1.

³ Balt., Num. 62.

⁴ "SS. Pater postulationi huic minime censuit annuendum." Instruct. iii., art. vii., *supra*.

CAPUT X.

DE SACRAMENTALIBUS.

341. Præter Sacramenta proprie dicta, alias quoque res sacras habet Ecclesia, quæ olim latiori quidem ac minus proprio sensu etiam Sacramenta vocabantur. A multis autem sæculis in morem venit, ut *Sacramentalia* appellentur. Origo nominis ex eo est, quod, Sacramentis virtute ac meritis longe inferiora cum sint, ea tamen effectibus quodammodo imitentur. "Sunt quædam in Ecclesia," de Sacramentalibus agens ait antiquus et optimæ notæ Theologus, "in quibus etsi principaliter salus non constet, tamen salus ex eo augetur, in quantum devotio exercetur."¹ Sacramentalia scilicet gratiam ex opere operato, ut ajunt, seu propria virtute, non conferunt; illam tamen a Deo impetrant, pios motus devotionis, amoris, grati animi, et peccatorum detestationis in nobis excitando. Ideoque vim habent, ut theologi docent, venialia peccata delendi. Sacramentalia ab aliis plura, ab aliis pauciora numerantur. Vulgatus hic versus, compendiaria veluti formula, pleraque complectitur:

"Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedictus."

342. Quibus vocibus innuuntur Orationis Dominicæ recitatio, aquæ lustralis aspersio, Eulogiarum seu benedicti panis usus, confessio generalis coram Ecclesia vel fratribus facta, eleemosynarum erogatio, et Præsulis benedictio.

343. Quotidianæ fidelium preces, præcipue Oratio Dominica, aliæque ab Ecclesia præscriptæ vel a cætu fidelium in loco sacro congregatorum recitatæ, maximam habent efficaciam, et teste S. Augustino peccata leviora delent. "De quotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus hæc

¹ Hugo à S. Victore, De Sacr., p. 9.

vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum est enim dicere Pater Noster, qui es in cælis. * * Delet omnino hæc oratio minima et quotidiana peccata."¹ Et alibi testatur "peccata, sine quibus hic non vivitur, operibus misericordiæ et piis orationibus mundari."²

344. Aquæ lustralis seu benedictæ usus a primis Ecclesiæ temporibus repetendus est. Antiqui etiam Sacramenti haud proprie dicti nomine sæpe cohonestabant. Ejus effectus laudat his verbis antiquus auctor, qui quis fuerit jam ignoratur: "Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur et purificentur. Quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ sanguine aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Helisæum prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinos sanctificat atque mundat et purgat, et cætera bona multiplicat, et insidias Diaboli avertit, et a phantasmatum versutiis homines defendit."³

345. Eulogiæ, seu panis benedicti fragmenta, in veteri Ecclesia, deficiente paulatim pristinae charitatis fervore, baptizatis et aliquando catechumenis loco Eucharistiæ dabantur. Qui mos hodieque manet apud Orientales, et in nonnullis etiam Occidentis ecclesiis, ubi Eulogiæ intra Missarum solemniam, ante vel post communionis tempus, fidelibus porriguntur. Eas etiam invicem mittebant veteres Christiani, in symbolum communionis. Virtus Eulogiarum ex Ecclesiæ benedictione, et ipsarum significatione tota pendet. Imitantur enim et quodammodo adumbrant Sacrosanctum illum Panem, qui

¹ Enchirid. ad Laur., Cap. 71, Ed. Maur. vi., 223.

² Ep. ad Hilarium, ed. cit., ii. 543.

³ Hæc, olim Alexandro I. adscripta, ex vetusto quodam Pontificali decreto aut Rituali Libro in Corpus Juris Canon. translata fuerunt. Can. 20, Aquam., Dist. iii., de Consecr

manna longe præstantior de cælo descendit, quemque pie manducando multa membra unum Christi corpus efficimur.

346. Generali Confessionis forma, quæ Missæ initio et non semel in Officio Divino recitatur, labes animi ac peccata quotidiana, non sine magno Christianæ humilitatis profectu, coram Deo et Ecclesia Christifideles profitentur; atque ad ea magis magisque odio habenda et pia ultione punienda excitantur. Qua peccati detestatione et satisfaciendi voluntate, corda nostra a peccatis eorumque reliquiis mundantur.

347. Bona nostra temporalia in pauperes erogando, Christum in suis diligere nos ostendimus; amoremque, quem ore profiteremur, re et opere comprobamus. Hinc fovetur augeturque charitas; et dimittuntur peccata in quæ frequentius ex naturæ infirmitate labimur. Ipsæ Sacræ Literæ manifeste docent, eleemosynam et in pauperes misericordiam nos ab omni peccato redimere ac liberare posse.¹

348. Benedictio præsulis, id est Episcopi, (etiam Presbyteri in Missa, et multo magis cum Venerabili Sacramento,) et præcipue Pontificis Romani, qui Christi et Petri in terris locum singulari modo obtinet, plurimum iis proficit, qui eam humili piâque mente suscipiunt. Confertur etiam hujusmodi benedictis rebus ad cultum divinum et fovendam pietatem destinatis, qualia sunt vestes, annuli, numismata, cruces, coronæ precatoriæ, et plura hujusmodi.

349. Ad Sacramentalia etiam revocantur supplex et humilis tunsio pectoris, cineres prima Quadragesimæ die capitibus adpersi, palmæ benedictæ, Agnus Dei cereus, candelæ Romanæ Ecclesiæ more die Purificationis B. V. M. benedictæ, altarium et templorum consecratio, aliaque plura, quæ longiori oratione non egent.

350. Curent imprimis concionatores et animarum rectores, ut harum rerum naturam, significationem, rectumque usum

¹ Cf. Tob. iv., 11. Daniel iv., 24.

fidelibus exponant, ac sæpius inculcent. Iis qui sapientiæ et ingenio suo nimis innituntur, persuadeant hæc, levia licet minutaque videantur, non esse contemnenda, quum ad pie vivendum et salutem consequendam non parum proficiant. Rudiorem vero plebeculam, quæ contrario errore abripitur, etiam atque etiam moneant, ne rebus ipsis nimiam efficaciam tribuat, neque eas cœca quadam et immodica fiducia servet, et superstitiosa veneratione prosequatur, quasi ipsæ per sese, sine pia mentis dispositione, plurimum possent. Illos vero acerrime reprehendant, qui hujusmodi res sacras, ut Ethnicis moris erat, amuletorum quasi loco habent, quæ ipsos etiam fœdissimo vitiorum cœno involutos ab ira Dei et ultione præstent immunes.

TITULUS VI.

De Cultu Divino.

CAPUT I.

DE SACROSANCTO MISSÆ SACRIFICIO.

351. Universi cultus divini summa et caput est Sacrificium. Omnia enim complectitur officia, quæ erga Deum rerum omnium Auctorem, Conservatorem, ac Dominum, bonorum omnium largitorem, supremum vitæ ac mortis arbitrum, scelerumque vel occultissimorum judicem et ultorem, ab homine servari oportet. Quamobrem sacrificia ab ipso humanæ gentis exordio divinitus instituta fuisse legimus. Neque tamen hæc, utpote quæ futurorum bonorum umbra tantum essent ac figura, poterant per se Deum placare ac propitium reddere; sed virtutem suam a maximo illo, quod ipsa præsignificabant, Sacrificio, quodque Christus Dominus, ubi venisset plenitudo temporis,¹ erat Deo Patri oblaturus, totam repetebant. Sacrificium hoc a tot vatibus prænuntiatum, totque sæculorum votis exoptatissimum, Deus homo factus, sacerdos simul et victima, in ara Crucis sua morte consummavit. Ut tamen cruentæ hujus Oblationis perpetua apud suos memoria permaneret, Ipse, quia “manet in æternum sempiternumque habet sacerdotium,”² Sacrificium visibile

¹ Gal. iv., 4.

² Hebr. vii., 24.

instituit, quo indesinenter, modo tamen incruento, crucis sacrificium in Ecclesia repræsentaretur, ejusque singularis virtus quotidianis, in quæ labimur, peccatis expiandis inseruiret. Quod fecit supremo vitæ tempore, quâ nocte tradebatur;¹ quum in novissima cœna, ut ait Concilium Tridentinum² “sacerdotem secundum ordinem Melchisedec se in æternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit; ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis, quos tunc Novi Testamenti sacerdotes constituerebat, ut sumerent, tradidit; et iisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit,³ per hæc verba: ‘Hoc facite in meam commemorationem.’”

352. Itaque Sacrificium, quod in Missa peragitur, a crucis sacrificio re non differt. Una namque et eadem est Victima; idem quoque Sacerdos, qui nunc per ministros, quos sacerdotii sui participes effecit, id ipsum offert, quod olim cruci affixus Ipse obtulerat. Alius tantummodo est offerendi modus: Qui enim jam in cruce effuso sanguine oblatus est, nunc super aris incruente immolatur. Nulla igitur ratione Sacrificium Missæ, quod ajunt impii homines, derogat peracto in cruce sacrificio; quin immo ejus merita ac beneficia quam latissime propagat, atque in omnes uberrime diffundit. Siquidem Christus in hoc Sacrificio pro iis, quos redemit, omnibus eundem pretiosum Sanguinem et vulnera Patri suo ostendit ac offert, quibus ad dexteram Ejus in cœlis sedens gratiam nobis apud Eum conciliat. Utrobique enim sempiterno sacerdotio fungitur, ut possit “salvare in perpetuum accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.”⁴

353. Magna igitur fiduciâ adeundus est magnus hic Pontifex noster, Jesus Filius Dei, qui in aris nostris tanquam in

¹ I. Cor. xi., 23.

² Sess. xxii., De Sacrif. Mis., Cap. 1.

³ Luc. xxii., 19.

⁴ Hebr. vii., 25.

throno gratiæ sedet.¹ Regnat quidem apud cœlites, ex quo devicta morte cœlos penetravit, Rex regum et Dominus dominantium; quotidie tamen, velut hostia pacifica, quæ imis summa reconciliet, ad instaurandum perficiendumque nostræ redemptionis opus offertur. “Quoties enim,” solemnitas sunt Deum precantis Ecclesiæ verba,² “hujus hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur.” Quæ quidem Oblatio inexhaustos in nostrum usum et commodum divinæ misericordiæ thesauros in se continet: neque præsentis tantum vitæ limitibus circumscibitur ejus fructus et utilitas; sed futuram etiam, alterumque, qui humanis oculis cerni non potest, mundum complectitur.

354. Non solum enim vivos ubique terrarum fideles attingit, sed etiam vita functos, quibus pie et religiose in pace Domini mortuis culparum forte pœnæ adhuc luendæ supersint. “Hac quidem Oblatione,” ut loquitur SSm^{us} Dn^{us} Noster Pius PP. IX,³ “placatus Deus, gratiam donumque pœnitentiæ concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit, ac licet peccatis nostris graviter offensus ab ira ad misericordiam, justæ animadversionis severitate ad clementiam traducitur; eâ temporalium pœnarum reatus et obligatio dissolvitur; eâ defunctorum in Christo animæ nondum ad plenum purgatæ sublevantur; eâ obtinentur quoque temporaria bona, si tamen potioribus non officiant; eâ Sanctis et in primis Immaculatæ Sanctissimæque Dei genitrici Virgini Mariæ eximius quidam honor cultusque conciliatur.” Quam late pateat divini hujus Sacrificii fructus, Cyrillus quoque Hierosolymitanus testatur, dum ait Missam ex Apostolorum traditione offerre sacerdotes, “pro communi Ecclesiarum pace, pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, militibus, sociis, pro iis, qui infirmitatibus laborant, et pro omnibus, generatim, qui inter nos vita

¹ Hebr. iv., 14-16.

² In Ep. Encycl. Amantissimi Redemptoris, 3 Maji, 1858.

³ In Secr. Missæ, Dom. ix., post Pent.

functi sunt, maximum hoc credentes adjumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram jacet Victima.”¹

355. Agnoscat igitur ac reverenter suspiciat suam ipsius dignitatem Sacerdos, quem Christus vicarium sibi in hoc Sacrificio offerendo et adiutorem elegit. Hæc quippe dignitas maximos ac præstantissimos hujus sæculi honores longe superat. “Habemus enim nos sacerdotes,” inquit Ambrosius,² “nostram nobilitatem præfecturis et consulatibus præferendam;” eamque, quam nec Angelis unquam licuit attingere, neque ipsi quidem beatissimæ Dei Genitrici Mariæ, licet sanctitate et loco ipsa mortales cæteros antecellat. Itaque Christum, cujus sacerdotii particeps est, quemque offerendo repræsentat, totum in se exprimat; ita ut vere possit cum Paulo dicere: “Vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus.”³ Quod præcipue eo tempore, quo Sacrificium Missæ peragit, facere debet. Non, nisi corde et corpore ab omni criminis macula elutis, et candida innocentiae stola indutus, ad altare Dei se sistat. Fide et charitate totus ferveat oportet, qui hisce sacris operaturus accedat. Si enim Ecclesiæ lex Christianum quemvis, qui Christi corpus suscipere velit, ab omni lethalis peccati labe liberum esse jubet, profecto longe majus quiddam a sacerdote postulabit, qui Christi corpus et sanguinem non suscipere tantum, sed etiam conficere et aliis ministrare aggreditur! Idcirco, ut ait idem Ambrosius, non mediocris esse debet sacerdotis pro populo supplicaturi virtus, “cui cavendum non solum ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem.”⁴

356. Non igitur gravioribus tantum culpis, sed et maculis quibusque et vel ipsis cupiditatum humanarum vestigiis,

¹ S. Cyril. Hierosol., Catech. xxiii., Mystag. 5, de Sac. Liturg.

² S. Ambros., Exhort. Virg., § 82, Ed. Maur. Paris, 1690, Tom. ii., col. 299.

³ Gal. ii., 20.

⁴ Ep. 63 ad Eccles. Vercell., § 59, ed. cit., ii. 1036.

quantum fieri licet, depurgari decet, qui Deum hoc sancto Sacrificio colere, sibi que et cæteris placatum ac propitium reddere studet. “Si enim,” ut loquitur Magnus ille Gregorius,¹ “interesse sacrificiis non audent, nisi sanctificati, quid de sacrificantibus censendum? Sanctificare enim purgare est. Quantum ergo puros decet esse, ubi invitata ad sacrificium, non nisi sanctificata admittendæ sunt plebes! Sanctificatio quippe corporis pudicitia est, sanctificatio mentis charitas et humilitas. Sanctificetur ergo ad sacrificium invitatus, sed magis ille cogitur, a quo invitatur.” Atque præclare iterum in rem nostram Ambrosius: “Qui Christo ministrat, oportet primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut corpus et sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis æger, minimeque sanus, immortalium sanitatum remedia ministrare. Vide quid agas, sacerdos! nec febrienti manu corpus Christi adtingas. Prius curare, ut ministrare possis. Si mundos eos, qui ante fuerant leprosi, Christus jubet occurrere sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum convenit esse sacerdotem.”²

357. Sacræ Literæ, gravissima proposita pœna, “opus Dei,” quod nominis Sacrificium hoc proprio quodammodo jure sibi vindicat, fraudulenter fieri vetant.³ Fraudulenter autem agit, qui debita Dominum suum opera fraudat, imperfecte, inscite, et negligenter agendo. Ex hoc igitur præcepto, quocumque terribilis adeo comminatio conjuncta est, satis manifeste patet quanta cura, diligentia, ac sollicitudine sacerdotem hisce Sacris operantem adlaborare deceat, ut omnes ab Ecclesia præscriptos ritus ac cæremonias accuratissime servet. In his sane vel minimum quidem apicem adjicere, tollere, aut ullo modo immutare, nefas est. Nullus enim in peragendo

¹ S. Greg. Mag., Lib. vi. in I. Reg., Cap. 3, § 10, Ed. Maur., Paris, 1705, iii., 378.

² De Vid., Cap. 10, § 65, ed. cit., ii., 203.

³ Jerem., xlviii., 10.

hoc Sacrificio ritus adhibetur, nulla cæremonia, quæ inanis aut supervacanea citra impietatem existimari possit. Ea enim pariter omnia, sive minima videantur sive maxima, sapientissima mater, Ecclesia instituit; quibus majestas divini Sacrificii magis eluceret, quibusque veluti adminiculis hominum animi ad altissimarum, quæ hoc mysterio teguntur, rerum contemplationem attollerentur.

358. Volumus igitur districteque præcipimus, ut sacerdotes in hisce provinciis universi ea omnia, quæ in Romano Missali habentur, ad amussim sequantur. De quo libro hæc a S. Pio V. Pontifice præscribuntur: “Missam juxta ritum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc traditur, decantent ac legant; neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumant.”¹

359. Nonnulla quæ ad Missam debita decencia, honore, et reverentia celebrandam a Patribus superiorum Baltimorensium Conciliorum statuta sunt, iterum promulgamus, atque confirmamus:

360. In divino Sacrificio celebrando detur opera diligenter, ut omnia altarium ornamenta, et sacra vasa sint munda; non foeda corporalia, vel purificatoria; non vestes lacerae vel indecentes; indusia vero privati apparatus sub amictu et alba lateant ita ut non indecoro, vel mundano more appareant; nec quidquam altari tremendo, vel sacramentorum administratione indignum sit.²

361. Ut omnia juxta ordinem fiant, et solemnes Ecclesiæ ritus integri serventur, monemus rectores ecclesiarum ut sedulo invigilent ad abusos eliminandos qui in cantu ecclesiastico in his regionibus invaluerunt. Curent igitur ut sacrosancto Missæ Sacrificio et aliis divinis officiis musica, non vero musicæ divina officia inserviant. Noverint, juxta Ecclesiæ ritum, carmina vernaculo idiomate, inter Missarum solemnium, vel vespas solemnes, decantare non licere.³

362. Statuimus sacerdoti nulli, vi facultatum generalium

¹ S. Pius V. in Bulla “Quo primum tempore,” Missalibus præposita.

² Balt., Num. 23.

³ Ibid., 47.

sibi concessarum celebrandi in quocumque loco decenti, licere Missam celebrare in aedibus privatis, nisi in stationibus, et in iis aedibus quas Ordinarius designaverit; aut dum actu missionis exercitiis, procul ab aliqua ecclesia, dat operam. Quod si Ordinarii alias concedant licentiam celebrandi in privatis aedibus ob speciales circumstantias, iis commendamus eam pro una tantum vel altera vice concedere.¹

363. "Sacerdos maxime curare debet, ut ea quæ clara voce dicenda sunt distincte et apposite proferat, non admodum festinanter, ut advertere possit, quæ legit; nec nimis morose, ne audientes tædio afficiat; neque etiam voce nimis elata, ne perturbet alios."² Evitanda igitur festinatio est et præcipitania quædam, quæ sine scandalo existere nequit; prolixitas quoque, quæ adstantibus fastidium pariat. Itaque nequis infra horæ trientem Missam absolvere audeat, nec ultra dimidiam horam producat.³ Sacerdotes, qui incomposite, festinanter, et præcipiti lingua Sacrum peragunt, a Missæ peragendæ munere arcendos judicavit Benedictus XIV.⁴

364. Sacerdotes, quamdiu Missam legunt, vel canunt, nunquam ab altari descendant, nisi quando id præcipit Rubrica, aut ad concionem adstantibus habendam. Hinc nullo modo id facere licet, ad preces etiam ab Ordinario quacumque de causa præscriptas seu Latino seu vernaculo sermone recitandas. Hæc namque ante vel post Missam recitari debent. Fertur vero, quod non sine maximo animi dolore accepimus, nonnullos aliquibus in locis esse Sacerdotes, qui ipsa intra Missarum solemniam, ab altari recedant, ædemque sacram circumeant, a singulis fidelibus eleemosynam petentes. Quem turpissimum abusum, Ecclesiæ sacrisque ejus ritibus injuriam, quique Catholicorum ruborem et indignationem, Acatholicorum vero irrisionem et contemptum provocat, reprobamus, et prorsus extirpandum decernimus. Quâ in re singulorum Episcoporum conscientia oneratur.

¹ Balt., Num. 22.

² Rubr. Gener. Missal., § xvi.

³ Bened. XIV., Instit. xxxiv., 6, § 30.

⁴ Ibid., § 32.

365. Vehementer etiam cupimus, ut animarum moderatores commissos sibi greges sæpe ac diligenter doceant divini hujus Sacrificii dignitatem ac præstantiam, uberrimosque fructus, qui in pie ac devote Sacris adstantes deriventur. Iis in memoriam non semel revocent, ac maximopere inculcent gravissimam illam, quâ tenentur omnes Christifideles, obligationem singulis Dominicis festisque de præcepto diebus Missam audiendi. Quæ quidem obligatio tam vetusta est, et ab ipsis Ecclesiæ incunabilis tam parum remota, ut leges omnes, quæ hac de re loquuntur, non ipsam primum inducere, sed jam pridem existentem supponere et declarare videantur.¹

Suos etiam moneant et cohortentur, ut singulis quoque, si fieri possit, per hebdomadem diebus, et præcipue in Festis Domini Nostri et beatissimæ Virginis, ubi nulla adest legis obligatio, Missæ sacrificio devote interesse velint.

366. "Omnis pontifex ex hominibus assumptus," quemadmodum monet D. Paulus,² "pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis." Quibus verbis edocta semper intellexit Ecclesia, Pontificum et Sacerdotum esse, ut Eucharisticum hoc et Propitiatorium Sacrificium pro iis offerant, quorum ipsis cura concredita est. Atque hanc obligationem ex divino præcepto descendere, Concilium Tridentinum³ disertis verbis affirmavit. Quam Tridentinorum Patrum mentem Summi Pontifices uberius explicarunt atque confirmarunt; ac præsertim Benedictus XIV., in Constitutione, "Cum semper oblatas,"⁴ quâ clare et aperte gravissimisque verbis declaravit et constituit, Parochos aliosque omnes animarum curam actu habentes debere Missæ Sacrificium, pro ovibus sibi commissis, omnibus Dominicis aliisque Festis de præcepto diebus offerre.

¹ Cf. 64 Missas, de Consecr. Dist. I.; item c. 63; Conc. Trid., Sess. xxii., Decr. de observ. et evitand. in celebr. Mis., § moneant.

² Hebr. v., 1.

³ Sess. xxiii., Cap. 1, de Ref.

⁴ Die 19. Aug., an. 1744.

367. Quod dies festos attinet, quibus Catholici nostrates ab obligatione Missam audiendi, et ab operibus servilibus abstinendi, Apostolica auctoritate liberati sunt, nullo pacto existiment Parochi animarumque rectores, se, vi hujus permissionis, ab onere quoque Missam pro suis applicandi solutos esse. Concessit tamen Apostolica Sedes harum regionum Episcopis, ut Parochos sibi subjectos, modo justa et legitima causa concurrat, illis diebus ab hoc onere Missam explicandi dispensent, dummodo pro gregibus sibi commissis in ejusmodi Missa specialiter orent.

368. Quum vero Sacra Congregatio de Propaganda Fide in Responsione ad Dubia quædam de Missarum applicatione nuper proposita,¹ statuerit Missionarios, qui quovis modo suscipiunt curam animarum in aliquo determinato loco, neque justitia neque charitate teneri ad Missam pro populo festis diebus applicandam; Patres opportunum duxerunt, supplicandam esse ipsi Sacræ Congregationi, ut mentem suam hac de re uberius declarare, ac significare dignetur, utrum Responsio prædicta complectatur, necne, Missionarios hujus regionis, ubi parœciæ canonicæ erectæ nondum existunt.²

369. Licite accipi potest stipendium justum seu eleemosyna ad celebrandam Missam, quam quis pro alio celebrare non tenetur; stipendium enim non datur tanquam pretium vel compensatio Missæ, sed uti medium ad sustentationem ministri. Ex lege autem naturali, qui alicui servit, aut in alicujus

¹ Die 23. Mart., 1863, In op. cui titulus "Acta ex iis decerpta, quæ apud Sanctam Sedem geruntur. Romæ (typis S. C. de Prop. Fide), 1866, Tom. 1, Fasc. vii., pp. 389-408.

² Huic supplicationi satis est factum per S. Congregationis Decretum III., *supra*: ibi enim renovatur declaratio prius facta, per responsonem nempe hujusmodi ad duo quesita:

"Ad 1., *negative*; non teneri, dummodo non agatur de locis, in quibus sedes episcopales ac parœciæ canonicæ erectæ jam sint, atque ad eas Vicarii apostolici et Missionarii missi sint ut legitimorum Pastorum vices gerant:"

"Ad 2., vitandam esse expressionem, *teneri ex charitate*, dicendum vero esse, *decere ex charitate*; idque ita ut nulla proprie dictæ obligationis significatio appareat."

ministerio occupatur, ab eo etiam ali debet et sustentari: quod confirmatur ab Apostolo scribente, "Nescitis, quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: et qui altari deserviunt, cum altari participant?"¹ Quantitas tamen stipendii justii universaliter determinari vix potest. Sacra Congregatio Concilii interrogata, "quanta debeat esse eleemosyna Missarum manualium, die 15 Novemb. 1698 respondit: attendendam esse consuetudinem loci, vel legem synodalem quatenus adsit; sin minus, statuendam esse per episcopum eleemosynam competentem ejus arbitrio." Sed in eo quod spectat ad quantitatem eleemosynæ ab episcopo determinandam, non potest eadem et universalis regula statui pro omnibus locis in hisce tam longe lateque extensis provinciis, siquidem habito respectu ad locorum et temporum circumstantias, in diversis locis ea minor vel major esse debet. Unde relinquentes singulis Ordinariis, ut rerum adjunctis bene consideratis quantitatem stipendii, quæ ipsis justa esse videtur, pro clero suo determinent,² hoc solum statuimus, nequis plus neve regulariter minus exigat, quàm episcopo suo opportunum ac justum visum fuerit. Neque, accepto stipendio, Missam celebrare, præsertim pro recenter defunctis, ultra tempus communiter admissum differat; secus justitia commutativa violatur ac proinde obligatio restituendi contrahitur.³

370. Similiter ob easdem causas, stabilis quædam et universalis ratio vix haberi potest in omnibus hisce provinciis, pro foundationibus vel in perpetuum vel ad certum annorum numerum; sed hoc Ordinario loci relinquendum esse censemus, in hærentes regulæ canonicæ, quâ prohibetur, ne funda-

¹ I. Cor. ix., 13.

² Animadvertendum est, juxta Ben. XIV. sententiam, minime esse necessarium, ut stipendium Missæ tantum sit, ut integram sustentationem sacerdoti ea die qua celebrat suppeditet. Ben. XIV., de Sacrif. Missæ, Lib. iii., C. 21, Num. 11, 12.

³ De modo servando circa ordinem dicendi eadem die binas Missas, vide Instructionem S. R. C., in Appendice.

tiones acceptentur absque prævio assensu episcopi, si de sæculari instituto agatur, vel prælati regularis, si fundatio in gratiam communitatis exemptæ fiat.¹ Insuper omnes moneamus, ut in hujusmodi rebus summa circumspectione et adcurata deliberatione procedatur, earumque conditiones admissim adimplendæ curentur. Neque hic possumus quin declaremus, esse abusum non tolerandum et rei sacræ profanationem, quod, quemadmodum pluries factum est, invitationes, publicæ et frequentes ad eleemosynas in hujusmodi fundationes erogandas, per plures menses continuos ephemeridibus popularibus inter alia negotia profana inserantur. Quem abusum sine mora per Episcopos et prælatos tolli et in posterum præcaveri volumus.

371. Quo vero magis distincta ratio habeatur de obligatione onera Missarum, cum manualium tum ad indefinitum tempus, accurate adimplendi, sancimus ut in singulis ecclesiis sæcularibus ac regularibus adsit catalogus sive tabella onerum, quæ ad perpetuum vel ad certum præfinitumque tempus imposita ipsis, ac respective acceptata fuerunt; utque ibidem in sacrario asserventur libri, in quorum altero perpetua hujusmodi sive temporaria onera, in altero vero Missæ *manuales et adventitiæ* inscribantur, una cum fideli ac distincta annotatione subsequenti utrorumque implementi.²

372. Curetur omni studio, ut purissima aptissimaque sit materia, quæ ad augustum hoc sacramentum conficiendum adhibetur. Hostiæ sint ex tritici farina et aqua naturali confectæ, recentes, macularum expertes, quæque haud facile in fragmenta dissiliant.

373. Summa autem sollicitudo adhiberi debet in his pro-

¹ Decr. jussu Urbani VIII. a S. Congr. Conc. promulgatum: "Cum sæpe contingat," § 7; vid. Bullarium 21 Junii, 1625.

Vide etiam Rescriptum S. C. de Prop. Fide, in Appendice.

² Bened. XIV. de Synodo Diœc. Lib. xiii., c. xxv., § 4. Additum est hoc Decretum, ex Instructione S. Congr. Generali, *supra*.

vinciis, ut vinum certo genuinum ad Sacrificium eucharisticum procuretur. Quoniam experientia compertum est, vini genera, quæ in hisce regionibus sub nomine vulgari Port, Madeira, Sherry, Malaga, etc. venire solent, maximam partem et plerumque substantialiter adulterari, imo sæpe omnino artificiose confici, ea ad sacrosanctum Sacrificium non facile adhibeantur; sed potius illa seligantur, quæ vocantur vulgari sermone Sauterne, Bordeaux, Catawba, Isabella et alia, de quorum genuina natura nullum subest dubium rationabile. Præsertim tamen suadendum est, ut ab ipsis vitis cultoribus, qui Catholici sint ac notæ probitatis, vinum ad Sacrificium necessarium obtineatur; quod nunc temporis, cum vitis indigena fere ubique colatur, et magna sit vini inde facti copia, tanta plerumque facilitate fieri potest, ut nulla in re tam gravi negligentia excusatio valere jam possit.¹

CAPUT II.

DE BENEDICTIONE SANCTISSIMI, ET DE QUADRAGINTA HORARUM EXPOSITIONE.

374. Sanctissimam Eucharistiam non solum tabernaculo conclusam pio cultu prosequi, sed etiam publicæ fidelium venerationi pompa quadam exponere consuevit Ecclesia. Quod fit, ut Filio Dei solemnes honores summusque cultus coram omnibus reddantur, animique adstantium in ejus amorem incendantur atque inflammentur. Atque in hac quidem regione, habetur sic quasi publica quædam fidei nostræ testificatio, adversus hæreticos et incredulos, inter quos versa-

¹ Vide Instructionem S. C. de Prop. Fide, in Appendice.

tiones acceptentur absque prævio assensu episcopi, si de sæculari instituto agatur, vel prælati regularis, si fundatio in gratiam communitatis exemptæ fiat.¹ Insuper omnes moneamus, ut in hujusmodi rebus summa circumspectione et adcurata deliberatione procedatur, earumque conditiones admissim adimplendæ curentur. Neque hic possumus quin declaremus, esse abusum non tolerandum et rei sacræ profanationem, quod, quemadmodum pluries factum est, invitationes, publicæ et frequentes ad eleemosynas in hujusmodi fundationes erogandas, per plures menses continuos ephemeridibus popularibus inter alia negotia profana inserantur. Quem abusum sine mora per Episcopos et prælatos tolli et in posterum præcaveri volumus.

371. Quo vero magis distincta ratio habeatur de obligatione onera Missarum, cum manualium tum ad indefinitum tempus, accurate adimplendi, sancimus ut in singulis ecclesiis sæcularibus ac regularibus adsit catalogus sive tabella onerum, quæ ad perpetuum vel ad certum præfinitumque tempus imposita ipsis, ac respective acceptata fuerunt; utque ibidem in sacrario asserventur libri, in quorum altero perpetua hujusmodi sive temporaria onera, in altero vero Missæ *manuales et adventitiæ* inscribantur, una cum fidei ac distincta annotatione subsequenti utrorumque implementi.²

372. Curetur omni studio, ut purissima aptissimaque sit materia, quæ ad augustum hoc sacramentum conficiendum adhibetur. Hostiæ sint ex tritici farina et aqua naturali confectæ, recentes, macularum expertes, quæque haud facile in fragmenta dissiliant.

373. Summa autem sollicitudo adhiberi debet in his pro-

¹ Decr. jussu Urbani VIII. a S. Congr. Conc. promulgatum: "Cum sæpe contingat," § 7; vid. Bullarium 21 Junii, 1625.

Vide etiam Rescriptum S. C. de Prop. Fide, in Appendice.

² Bened. XIV. de Synodo Diœc. Lib. xiii., c. xxv., § 4. Additum est hoc Decretum, ex Instructione S. Congr. Generali, *supra*.

vinciis, ut vinum certo genuinum ad Sacrificium eucharisticum procuretur. Quoniam experientia compertum est, vini genera, quæ in hisce regionibus sub nomine vulgari Port, Madeira, Sherry, Malaga, etc. venire solent, maximam partem et plerumque substantialiter adulterari, imo sæpe omnino artificiose confici, ea ad sacrosanctum Sacrificium non facile adhibeantur; sed potius illa seligantur, quæ vocantur vulgari sermone Sauterne, Bordeaux, Catawba, Isabella et alia, de quorum genuina natura nullum subest dubium rationabile. Præsertim tamen suadendum est, ut ab ipsis vitis cultoribus, qui Catholici sint ac notæ probitatis, vinum ad Sacrificium necessarium obtineatur; quod nunc temporis, cum vitis indigena fere ubique colatur, et magna sit vini inde facti copia, tanta plerumque facilitate fieri potest, ut nulla in re tam gravi negligentia excusatio valere jam possit.¹

CAPUT II.

DE BENEDICTIONE SANCTISSIMI, ET DE QUADRAGINTA HORARUM EXPOSITIONE.

374. Sanctissimam Eucharistiam non solum tabernaculo conclusam pio cultu prosequi, sed etiam publicæ fidelium venerationi pompa quadam exponere consuevit Ecclesia. Quod fit, ut Filio Dei solemnes honores summusque cultus coram omnibus reddantur, animique adstantium in ejus amorem incendantur atque inflammentur. Atque in hac quidem regione, habetur sic quasi publica quædam fidei nostræ testificatio, adversus hæreticos et incredulos, inter quos versa-

¹ Vide Instructionem S. C. de Prop. Fide, in Appendice.

mur, quique inscrutabile hoc divinæ charitatis mysterium aut ignorant aut irrident.

375. Quapropter, quoniam Ecclesia lege communi non definivit, sed potius episcopis determinandum reliquit, quam frequenter, spectatis locorum circumstantiis populique fidelis indigentis, Sanctissimum Sacramentum utiliter exponatur,¹ Nos certo sperantes fore, ut cultus erga tantum tamque venerabile Sacramentum ad pietatem populi fidelis augendam, ejusque amorem in amantissimum Redemptorem nostrum magis magisque inflammandum permultum conferat, statuere decrevimus, ut solemnitas Sanctissimi Sacramenti Expositio et Benedictio, consueto ritu stricte observato, in omnibus nostræ ditionis ecclesiis et in sacellis monasteriorum et communitatum religiosarum, saltem quodcumque debita cum solemnitate fieri poterit, singulis totius anni Dominicis diebus, festisque de præcepto, vel festis etiam primæ et secundæ classis non de præcepto, semel tantum in die, dari possit. Per octavam vero Corporis Domini licebit eam solemniter fieri tum in Missa solemniter, tum in Vesperis, Benedictiōne iterato data. Licebit insuper solemnem Benedictionem dare bis in hebdomade tempore Quadragesimali, singulis pariter diebus sacrarum Missionum tempore, in festo Sanctissimi Cordis Jesu, et ubicumque fit devotio Quadragesima Horarum; et in aliis diebus ab Ordinario designatis. Quod si Ordini alicui religioso vel Societati Sancta Sedes aliquid amplius indulserit, illud omnino incolume esse volumus. Extra autem hujusmodi privilegium, de quo certum Ordinatio exhibeatur documentum, nolumus Benedictionem dari vel Expositionem fieri, nisi prout supra, venia Ordinarii expressa, salvis etiam in omnibus S. Congreg. Rituum hac in re decretis.² Omnes autem moneamus et adhortamur, ne quid prætermittant, quod juxta rubri-

¹ Bened. XIV. Const. "Accepimus," 16 Apr., 1746.

² Cf. Syn. Diœc. Baltim. mense Jun., 1857, habij. Const. 1.

cas et rerum adjuncta ad debitæ reverentiæ significationem requiratur, siquidem multo melius est, ut non ita frequenter exponatur, et tunc cum debita reverentia, quam ut frequentius et sine debito obsequio id fiat.¹

376. Preces Quadragesima Horarum, quæ sæculo decimo sexto, Pio PP. IV. approbante, in usum venerunt, ac deinde a Clemente PP. VIII. accuratius ordinatæ² multis indulgentiis auctæ fuerunt, longe lateque per orbem Christianum et passim etiam in his Provinciis solemniter haberi solent. Ac profecto nemo, qui naturam hujus devotionis bene perpenderit, inficiabitur, ea rite servata, fidem saluberrimam, quâ Regem gloriæ ac supremum Dominum sub humili Sacramenti hujus velamine delitescens agnoscimus ac profiteamur, in Christifidelium animis firmiter roborari et suavissime nutrirî et augeri, aliosque optimos in vitæ spiritualis commodum et emolumentum fructus percipi uberrimos. Quoniam vero in nostris regionibus plura obstant, quominus omnia, quæ Instructione Clementina præscribuntur ad amussim observari queant, Sedem Apostolicam humillime supplicandam esse censemus, ut solemnem hunc ritum eadem forma peragendum, quâ Diœcesis Baltimorensis ex Summi Pontificis concessione jam utitur, reliqui omnes Ordinarii in suas possint diœceses introducere, videlicet:³

1°. Ut, durantibus temporum locorumque peculiaribus circumstantiis, in omnibus ecclesiis et publicis Oratoriis per universas hasce Provincias alternis vicibus, semel vel bis quotannis, prout Ordinariis satius in Domino visum fuerit, Sanctissimum publicæ adorationi per triduum, in forma Quadragesima Horarum, exponi possit horis diurnis tantum, a mane usque ad vesperam, de nocte autem recondatur;

¹ Conf. Bened. XIV., Inst. Eccles. 30.

² Clemens VIII., Const. "Graves et diurnæ," die 25. Nov., 1592.

³ Huic supplicationi S. Pontifex benigne annuit. Vide Decretum iv., sup.

2°. Ut processionem omittere liceat, si commode fieri nequit, ita ut neque intra ambitum ecclesiæ haberi valeat;

3°. Ut universi utriusque sexus Christifideles, qui illam ecclesiam, in qua Venerabile per tres dies expositum manebit, devote visitaverint, et inibi pias ad Deum preces per aliquod temporis spatium effuderint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum semel singulis hujusmodi diebus lucrari possint et valeant;

4°. Ut iis vero, qui confessi et sacra communione refecti ecclesiam visitaverint, in qua Sacra Eucharistia publico cultui exposita est, ibique pie oraverint, indulgentiam plenariam, semel per Expositionis triduum lucrandam, quæ applicari possit animabus fidelium defunctorum, Sanctitas Sua benignissime concedere dignetur, ea tamen lege, ut Christi fideles ecclesiam prædictam unoquoque tridui die visitent;

5°. Ut omnia altaria illius ecclesiæ, in qua alternatim fiet Expositio, privilegiata, durante Expositione, declarentur.

377. Mandant vero Patres hujus Concilii, ut iis exceptis, quæ Sedes Apostolica modificare vel remittere indulserit, ea omnia sedulo serventer in hujus devotionis celebratione, in ecclesiis tam regularium quam sæcularium, quæ exposita reperiuntur in libro, cui titulus: "Ceremonial for the use of the Catholic churches in the United States of America."¹

378. Ordinariis tandem definiendum pro suis singulis diocesisibus tempus relinquimus, ordinemque, quo in diversis ecclesiis congrue per alternas vices Expositio habeatur, aliæque præscribenda necessaria et opportuna, ut cultus exhibeatur Deo acceptior et ab omni abusu magis remotus. Ad quem finem optime assequendum, haud parum conferet Sodalitium, si quod habeatur, Smæ. Eucharistiæ cultorum, qui id in se suscipiant, ut per horas certas in hujus devotionis

¹ Vide opusculum, cui titulus: Ordo in Orat. Quadrag. Hor. in Dioc. Baltim. servandus, edit. 1858.

exercitio alternatim vigilent in ecclesiis in quibus Expositio habetur. Hujusmodi igitur Sodalitia, inter singularum Ecclesiarum fideles, Pastores instituenda curent.

CAPUT III.

DE VESPERIS.

379. Vesperæ integræ ut decantentur, diebus Dominicis Festisque in omnibus ecclesiis, more Ecclesiæ Romanæ, quantum fieri potest, volumus et mandamus. Atque hæc quidem nunquam omittendæ sunt ob alia exercitia pietatis. Cultus enim solemnus Ecclesiæ Pontificibus probatus, et per tot sæcula vigens Deo gratior censendus est. Ut autem etiam hac in parte uniformitas habeatur, omnino in praxim generalem deducenda esse ea volumus, quæ de Vesperis minus solemnibus et de Missa cantata sine Diacono et Subdiacono in libro Cæremionali nuper Baltimoræ edito habentur; ideoque monemus sacerdotes, ut vel ipsi, vel per alium quemdam bene expertum pueros cæremonas in Missis cantatis et Vesperis rite peragendas diligentur doceant.

380. Insuper valde exoptandum esse censemus, ut rudimenta cantus Gregoriani in scholis parochialibus exponantur et exerceantur, sicque numero eorum, qui psalmos bene cantare valent, magis magisque crescente, paulatim major saltem pars populi, secundum primitivæ ecclesiæ¹ adhuc in variis locis vigentem usum, Vesperas et alia similia cum ministris et choro decantare addiscat. Qua ratione omnium ædificatio promovebitur, juxta illud S. Pauli: "Loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus."²

¹ Bona, Rerum Liturgic., Cap. xxv., Num. 19.

² Ephes. v., 19.

TITULUS VII.

De Disciplinæ Uniformitate Promovenda.

CAPUT I.

DE UNIFORMITATE QUOAD FESTA ET JEJUNIA.

381. Fidem Catholicam, quum ex auctoritate sive docentis, sive jubentis aut vetantis Dei tota pendeat, nullo temporum lapsu, aut locorum varietate minui, obsolescere, aut ullo modo immutari unquam posse, luce clarius manifestum est. Disciplinam quoque suam Sancta Mater Ecclesia, licet origine humanam, quamque sapienti usa consilio variare ac mutare aliquando solet, unam tamen perpetuo eandemque, ubi nulla contrarium suadet necessitas, ubique servari optat ac modis omnibus studet. Curandum igitur, quantum in nobis est, ut disciplina nostra vel ab universalis Ecclesiæ disciplina nullatenus discrepet, vel si id omni ex parte fieri nequit, saltem ad eam quam proxime accedat. Hac imprimis ratione consuletur uniformitati, quam inter omnes harum Provinciarum ecclesias existere vehementer optamus.

382. Principio autem ut de iis, quæ ad Ecclesiæ præcepta pertinent, loquamur, maximopere dolendum est tantum inter nos in Festis ac Jejuniis observandis discrepantiam inveniri. Aliquibus enim in locis Festa septem vel octo; in aliis vero quatuor tantum celebrantur. Jejunii quoque, præsertim Qua-

dragesimalis, diversa est pro locorum diversitate observantia. Haud difficile quidem esset, Festorum numerum ad minimum reducendo, et indulgentiorem, quæ se offerat, jejunandi rationem sectando, uniformitatem quandam inducere. Sed summo opere cavendum est, ne falsa uniformitatis specie magis difformes ab universali Ecclesia reddamur.

383. Patribus visum est festos dies, quales nunc in unaquaque Provincia servantur, esse retinendos. Festum tamen Patronale Beatæ Mariæ Virginis sine labe Conceptæ, tanquam festum de præcepto, ipso die Decembris octavo, per has Provincias ubique celebretur.¹ Quod ad Provincias S. Francisci atque Oregonensem et Diocesim Sanctæ Fidei attinet, Sanctam Sedem orandam esse censemus, ut pro quinque illis festis diebus, quibus a Baltimorensi Provincia discrepant, concedatur dispensatio quoad præceptum Missam audiendi et ab operibus servilibus abstinendi, non tamen quoad devotionem et solemnitatem externam. Supplicandum quoque duximus, ut S. Sedis auctoritate iisdem liceat se Baltimorensi Provinciæ in servandis jejunii diebus conformare.²

384. Volumus præterea, ut in posterum Festum Patronale Ecclesiæ cujusque consecratæ solemniter et ritu debito celebretur. Quod in urbibus adeo facile fieri potest, ut, si negligatur, nullus sit excusationi locus. Idem faciendum erit, licet Ecclesia fuerit tantum benedicta. Rure tamen et in oppidulis, ubi difficile esset per hebdomadam plebem fidelium congregare, poterit Festum (quoad externam solemnitatem) in Dominicam proxime sequentem transferri.

¹ SS. D. N. Pius Papa IX. ita benigne decrevit. Cf. Decretum V., *supra*.

² Hisce duobus postulatis haud annuit S. Pontifex, volens potius ut "recurrant Episcopi quorum interest, in particulari, expositis suæ petitionis rationibus." Instruct. iii. art. xi.

Ad supplicationem Concilii Patrum "circa dispensationem ab abstinence a carnibus in Sabbatis, jussit Sanctitas Sua, Episcopos qui ejusmodi Indulto indigere se putant, expositis rationibus, in particulari recurrere debere." Cf. Instructionis iii. art. x., *supra*.

TITULUS VII.

De Disciplinæ Uniformitate Promovenda.

CAPUT I.

DE UNIFORMITATE QUOAD FESTA ET JEJUNIA.

381. Fidem Catholicam, quum ex auctoritate sive docentis, sive jubentis aut vetantis Dei tota pendeat, nullo temporum lapsu, aut locorum varietate minui, obsolescere, aut ullo modo immutari unquam posse, luce clarius manifestum est. Disciplinam quoque suam Sancta Mater Ecclesia, licet origine humanam, quamque sapienti usa consilio variare ac mutare aliquando solet, unam tamen perpetuo eandemque, ubi nulla contrarium suadet necessitas, ubique servari optat ac modis omnibus studet. Curandum igitur, quantum in nobis est, ut disciplina nostra vel ab universalis Ecclesiæ disciplina nullatenus discrepet, vel si id omni ex parte fieri nequit, saltem ad eam quam proxime accedat. Hac imprimis ratione consuletur uniformitati, quam inter omnes harum Provinciarum ecclesias existere vehementer optamus.

382. Principio autem ut de iis, quæ ad Ecclesiæ præcepta pertinent, loquamur, maximopere dolendum est tantum inter nos in Festis ac Jejuniis observandis discrepantiam inveniri. Aliquibus enim in locis Festa septem vel octo; in aliis vero quatuor tantum celebrantur. Jejunii quoque, præsertim Qua-

dragesimalis, diversa est pro locorum diversitate observantia. Haud difficile quidem esset, Festorum numerum ad minimum reducendo, et indulgentiorem, quæ se offerat, jejunandi rationem sectando, uniformitatem quandam inducere. Sed summo opere cavendum est, ne falsa uniformitatis specie magis difformes ab universali Ecclesia reddamur.

383. Patribus visum est festos dies, quales nunc in unaquaque Provincia servantur, esse retinendos. Festum tamen Patronale Beatæ Mariæ Virginis sine labe Conceptæ, tanquam festum de præcepto, ipso die Decembris octavo, per has Provincias ubique celebretur.¹ Quod ad Provincias S. Francisci atque Oregonensem et Diocesim Sanctæ Fidei attinet, Sanctam Sedem orandam esse censemus, ut pro quinque illis festis diebus, quibus a Baltimorensi Provincia discrepant, concedatur dispensatio quoad præceptum Missam audiendi et ab operibus servilibus abstinendi, non tamen quoad devotionem et solemnitatem externam. Supplicandum quoque duximus, ut S. Sedis auctoritate iisdem liceat se Baltimorensi Provinciæ in servandis jejunii diebus conformare.²

384. Volumus præterea, ut in posterum Festum Patronale Ecclesiæ cujusque consecratæ solemniter et ritu debito celebretur. Quod in urbibus adeo facile fieri potest, ut, si negligatur, nullus sit excusationi locus. Idem faciendum erit, licet Ecclesia fuerit tantum benedicta. Rure tamen et in oppidulis, ubi difficile esset per hebdomadam plebem fidelium congregare, poterit Festum (quoad externam solemnitatem) in Dominicam proxime sequentem transferri.

¹ SS. D. N. Pius Papa IX. ita benigne decrevit. Cf. Decretum V., *supra*.

² Hisce duobus postulatis haud annuit S. Pontifex, volens potius ut "recurrant Episcopi quorum interest, in particulari, expositis suæ petitionis rationibus." Instruct. iii. art. xi.

Ad supplicationem Concilii Patrum "circa dispensationem ab abstinence a carnibus in Sabbatis, jussit Sanctitas Sua, Episcopos qui ejusmodi Indulto indigere se putant, expositis rationibus, in particulari recurrere debere." Cf. Instructionis iii. art. x., *supra*.

CAPUT II.

DE UNIFORMITATE IN ALIIS PROMOENDA.

385. De dispensationibus pro matrimoniis ineundis agentes Patres Tridentini; hæc decreverunt: "In contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel rara, idque ex causa et gratis concedatur."¹ Cum vero disciplinae ecclesiasticæ rite servandæ valde obstet nimia dispensandi facilitas, curent Ordinarii, ut potestate a legibus Ecclesiasticis hac super re latis eximendi, quæ ipsis a Sede Apostolica concessa est, nonnisi parcius, et causis bene perpensis utantur; præsertim quando de impedimentis in primo *affinitatis*, vel secundo *consanguinitatis* gradu agendum erit. Inter impedimenta occulta, et ea quæ in publicam devenierint notitiam scite distinguant; atque cum gravior obstet prohibitio, nonnisi graviori de causa nubendi veniam concedant. Valde autem optamus, ut collatis consiliis, tam in hoc Plenario Concilio, quam in Conciliis Provincialibus, quæ subsequenter, Episcopi, illi præsertim qui comprovinciales sint, et conterminas habeant dioceses, inter se de certa ac uniformi agendi ratione has dispensationes concedendi, quantum fieri possit, conveniant; ut querelarum de diversis ac sæpenumero contrariis hoc in negotio agendi regulis tollatur occasio.²

386. Patres Tridentini voluerunt ut dispensationes in causis Matrimonialibus gratis omnino concederentur.³ Illorum vestigiis inhærentes, Præsules in Concilio Prov. Baltimorensi VIII. decreverunt:

Quum facultates extraordinariæ Episcopis hujus provinciæ a S. Sede collatæ, *sine ulla mercede* exercendæ sint, nulla

¹ Sess. xxiv., Cap. 5., De Reform. Matr.

² Pro exceptione quoad Italos, vide Rescriptum S. C. de Prop. Fide, in Appendice.

³ Loc. cit. Vid. Sess. xxv., c. 18, De Ref.

exigenda est taxa pro dispensationibus ab impedimentis Matrimonii.¹

Hac quippe super re, Em^{mi} Patres S. C. de Propaganda Fide nuper "mandarunt, ut omnibus Episcopis istarum regionum inculcetur memoratæ præscriptionis observantia, quâ pro dispensationibus ab impedimentis Matrimonii pecuniam nullo omnino titulo percipiendam esse jubetur, iis tantum exceptis casibus, in quibus Apostolica Sedes eleemosynam oratoribus injungendam monet, in pium aliquod opus impendendam."²

387. Ut iidem pro catechismo tradendo libri in omnibus diocesis, quantum fieri possit, adhiberentur, jam adlaborarunt decessores nostri. In primo enim Prov. Conc. Balt. ita decreverunt:

Quoniam multa incommoda jam orta sunt, et in posterum oritura videntur ex eo quod in diversis hujus provinciæ diocesis diversi catechismi et libri precum adhibeantur, privata auctoritate editi, et quoniam uniformitas in iis maxime optanda est; curent episcopi ut illi tantum catecheseos libri usurpentur, qui cum eorum approbatione editi fuerint, aliis quibuscumque postpositis. Dabitur autem opera, ut catechismus componatur, qui circumstantiis hujus provinciæ magis accommodatus, Catholicam doctrinam in catechismo Cardinalis Bellarmini expositam tradat, quique post Sedis Apostolicæ approbationem, edetur in communem catholicorum usum.³ Moneant insuper fideles ut a precum libellis, qui sine Ordi-

¹ Decret. 4. Verba ipsa a S. Sede adhibita subjungere visum est. In folio E., typis impresso, facultatum extrordinariarum, quæ per S. Congregationem de Prop. Fide Episcopis hujus regionis concedi solent, in quo dispensandi potestas in casibus quibusdam difficilioribus datur, hæc habentur: "Voluit autem eadem Sanctitas Sua ac omnino præcepit, ut prædictus Episcopus iisdem facultatibus, urgentissimis dumtaxat concurrentibus causis, et gratis utatur, injuncta tamen aliqua congrua eleemosyna in pium opus eroganda." Eleemosynæ nomine intelligi non potest fixa quædam summa a quovis eroganda, sed ea, quam quisque, ratione habita suarum facultatum, commode dare potest. Eleemosyna autem cum sit, in pios usus omnino est impendenda.

² Instructio S. C. II., seu specialis, data Jan. 24, 1868, art. 3, *supra*.

³ Balt., Num. 32. In Concilio Plenario, anno 1852 habito, munus datum est quibusdam Concilii Patribus Catechismum tam anglica quam germanica lingua conscribendi, qui per omnes dioceses usu veniret.

narii approbatione a privatis quibuscumque in lucem editi circumferuntur, abstineant.

388. Ecclesia Catholica, ceu pia mater, fidelium suorum filiorum corpora adhuc post mortem officiis tenere prosequitur, eaque ritibus sacris in loco sacro recondit, donec tuba Archangeli mirum spargente sonum resurgant, et animis conjuncta ante Judicis thronum cogantur. Pro iis vero debito honore reponendis, cœmeteria parat ac sacris cœremoniis et precibus consecrat, atque ab omni profano usu segregat. Piaculare etiam pro fidelium defunctorum æterna quiete sacrificium offerre non cessat, ut ab omni inquinamento, si quod eluendum supersit, mundati, gaudia sempiterna consequantur.

389. Porro sepultura ecclesiastica privantur infideles, hæretici, et schismatici; excommunicati notorii et vitandi; qui mentis compotes sibi mortem consciverint, nisi aliquo forsitan tempore superstites resipiscentiæ signa dederint; qui morti proximi obstinate et coram testibus Sacramenta sibi oblata respuerint; qui notorie scandalosam degerint vitam, nec poenitentiae ullum dederint signum; demum, qui duello perierint, dederint vel non dederint resipiscentiæ indicia. In dubio vero, an sint a sepultura ecclesiastica arcendi, consulendus erit Ordinarius, cum id commode fieri poterit; secus autem, in partes lenitatis et misericordiæ propendeat iudicium. Quod præstandum consulimus præsertim, quandocumque defunctus morte subitanea correptus nullum habuit poenitendi tempus; cum juxta juris regulam, odia sint restringenda.¹ “Ex mente Sedis Apostolicæ toleratur, ut in sepulchris gentilium, quæ videlicet privata et peculiaria pro Catholicis laicorum familiis ædificantur, cognatorum et affinium etiam Aatholicorum corpora tumulentur.”²

390. Parvuli sine baptismo decedentes seorsim in loco non

¹ Cf. Rit. Rom., De Exequiis.

² Ex Decr. S. Cong. Inquisit., 30 Martii, 1859, 25 Apr., 1860. Cf. Conc. Prov. Pragensis, an. 1860, Tit. iii., c. 13, § 2, sub fin.

benedicto sunt sepeliendi; at infans in utero matris fidelis simul cum ea defunctus, simul cum ea sepulchrum habeat. Adulti vero qui morte correpti fuerint, dum Baptismo recipiendo semet disponerent, sepultura ecclesiastica haud priventur; desiderii, namque, seu flaminis, ut ajunt, baptismo mundati esse rite existimantur.

391. In Superiori Concilio Plenario de ritibus funereis hæc decreta sunt:

Ritus ecclesiasticos nolumus adhiberi in sepultura fidelium, quandocumque eorum corpora sepeliuntur in cœmeteriis sectarum; vel etiam in cœmeteriis profanis, quando adsunt cœmeteria Catholica.¹

392. Cum tamen conditionem, in qua nostrates versantur, consideremus, legis hujus rigor mitigari aliquantulum posse videtur. Si cujus itaque Catholici defuncti, si fuerit ad fidem conversus, consanguinei superstites sint Aatholicis, et fundum in alieno cœmeterio jam possideant, permittimus ut exequiæ in domo vel etiam publice in Ecclesia celebrentur, si pastori id eorundem bono spirituali profuturum vel alias expedire visum fuerit. Si superstites Catholici sint, fundum vero in alieno cœmeterio sine ulla fraude legis vel ab anno 1853 habuerint, in quo cadavera jam sint humata, pastoris arbitrio et conscientiæ relinquimus, ut preces pro exequiis in Rituali præscriptas privatim in domo recitet, antequam cadaver efferatur; at in Ecclesia, ut nonnisi præhabita Ordinarii venia exequiæ fiant, præcipimus.

Præterea, si in Cœmeterio profano separata terræ pars obtineri nequeat, in qua Corpora Catholicorum exclusive inhumentur, saltem locus ubi cadaver deponitur benedicatur, ea oratione adhibita quæ in Romano Rituali expresse præscribitur, (Tit. de Exequiis) “Deus cujus miseratione animæ, &c.”²

¹ Balt., Num. 80.

² Additum, ex Instruct. I. S. C. de Prop. Fide, Jan. 24, 1868, Art. 17, *supra*.

393. Ordinarios locorum in Domino enixe hortamur atque obsecramus, ut curent de sepulturis disciplinam quantocius, et quantum fieri possit, ad normam a SS. Canonibus statutam exigendam. "Pauperes, quibus mortuis nihil aut ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur."¹ Si quis vero locum aliquem in cœmeterio sibi et hæredibus suis in perpetuum reservatum velit, ita ut nullus alius ipsis nolentibus ibi sepeliri unquam possit, pro jure istiusmodi *exclusivo*, ut ajunt, pretium solvi potest. Ex pecuniis ita comparatis dubium haud est, quin ea habeatur summa, quæ cœmeteriis servandis, restaurandis, et ornandis sufficiat. Si quid supersit, ad charitatis vel religionis opera promovenda Ordinarii judicio adhibeatur. Districte autem vetamus, ne unquam, quocunque sub prætextu, sine Ordinarii venia, pecunias quæ ex cœmeteriis derivantur, suas facere audeant viri ecclesiastici; id vero si attentaverint, poenis severissimis plectantur.

394. Ad pietatem erga defunctos magis fovendam statui-
mus, ut Pastores animarum curent in praxim deducere quod habetur in Rituali Romano de Exequiis: "Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa præsentem corpore defuncti pro eo celebretur, antequam sepul-
turæ tradatur."

395. Ne ob locorum distantias in mortuis ad Cœmeteria deferendis, nimia incommoda præsertim a pauperibus perferri debeant, consulimus ut in urbibus, in quibus plures sint ecclesiæ, plura etiam cœmeteria habeantur.

396. Ut necessitatibus rei ecclesiasticæ subveniatur, Ecclesiæ, scholæ, aliaque opera pia vel incipientur, vel incepta ad finem feliciter perducantur, sæpius nobis datur occasio fidelem populum hortandi ut media necessaria subministret. Quanta vero animi generositate et alacritate id semper præstiterint

¹ Rit. Rom. de Exequiis.

fideles, ipsis pauperioribus de penuria sua omnia quæ habent mittentibus,¹ verbis explicari vix posset. Quæ cum ita sint, nulla excusatione contegi posse videtur praxis pecunias in usus ecclesiasticos iis mediis comparandi, quæ peccandi directam præbeant occasionem, scandali publici causæ sint haud infrequentes, et nomen Catholicum alienorum ludibriis et opprobriis exponant. Hujusmodi nonnunquam esse videntur eæ festivitates, quæ prope populosas urbes haberi consueverunt, quæ vulgo *Pic-Nics*, *Excursions*, vel simili nomine veniunt. Ordinariorum itaque prudentem curam ad mala, quæ ex hac causa oriuntur, in posterum præcavenda convertendam fore speramus. Vel enim prohibendum, ut tales festivitates religionis nomine cohonestentur, vel saltem omnino providendum ne, quod cordati jam lugent, peccatorum seminaria fiant. Sciant vero sacerdotes, qui his modis pecunias in usus pios comparandi utantur, se districtissimum judicium effugere haud posse, Superioribus intentatum, quorum incuriâ vel negligentia inferioribus ansa peccandi datur.

397. Praxim pecuniam exigendi ad fores ecclesiarum, ut fideles ingredi possint, et divinis mysteriis adesse,² "Sibi minime placere declaravit Summus Pontifex, Pius Papa Nonus, et eliminandam prorsus voluit."³ Supremi itaque Pastoris judicio obsequentes, huic consuetudini finem imponi omnino volumus. Cum enim alia ratione redditus satis amplios ecclesias percipere posse experientia constet, praxis ea improbanda videtur, quæ pecuniæ fixam summam, vectigalis instar, fidelibus imponendi, ut Missæ adstare vel Verbum Dei audire possint, speciem præferre videtur.

398. Apostolus voluit, ut "fiant obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro

¹ Marc. xii., 44.

² Instructio S. C. sup. cit., Art. 18.

³ Vide Litt. Em^{ti} Card. Barnabo, vi. Kal., Feb., 1862, Ad Archiep. Cincinnati., in Actis Conc. Prov. Cin. iii., p. 40, Cf. p. 17, ibid.

regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.”¹ Morem hunc orandi pro omnibus ordinibus, maxime pro iis “qui in sublimitate sunt,” semper solennem sibi habuit Ecclesia, ut libri Liturgici testantur. Nunquam tamen maxima diligentia præcavendum non intellexit, ne religionis specie profana negotia in Dei Sanctuarium gerenda inducerentur, neve precum ad Deum fusarum prætextu, de rebus humanis, circa quas in foro et in triviis disputatur, disserendi caperetur occasio. Cum vero res apud nos eo usque devenirent, ut sectarum præcones tum in earum templis, tum etiam in populi cœtibus, politicis huiusmodi precibus, quæ sæpe ex iratis partium studiis proficisci noscuntur, Deum non honore sed contumelia potius afficere fere quotidie audeant; volunt Patres ut nullæ preces publice in templis recitentur, præter eas quas Ecclesia ipsa probavit.

399. Si vero aliquando, ob publicas calamitates vel necessitates, preces vernaculo sermone recitari in fidelium cœtibus visum fuerit, id non nisi statuente Ordinario fiat, eæque tantum adhibeantur orandi formulæ quas ipse præfuerit. Idem et de diebus pro gratiarum actione a Civili Magistratu designatis statuimus. In iis enim, non nisi jubente Ordinario, cæremonias ecclesiasticas haberi volumus; eæ vero si celebrentur, ad normam a Rubricis statutam peragantur. De rebus autem politicis ne unquam e suggestu fiat sermo districtè vetamus.

400. Curam suam de Catholicis, qui militiæ vel classi nomen dederint, manifestarunt Concilii Plenarii I. Patres, sequenti decreto:

Cum sapientissimo consilio per leges ac statuta harum Rerumpublicarum cautum sit, ne potestas secularis ullum usurpet jus sese in rebus sacris immiscendi, meminerint episcopi,

¹ I. Tim. ii., 1.

quo maximo possunt studio apud Auctoritatem civilem laborandum, prudenter tamen, prout Dominus suggesserit, ne unquam Catholici, qui vel militiæ vel classi adscripti sunt, cultui Acatholicorum contra suam conscientiam adesse cogantur.¹

401. Nunc autem, aucto istorum hominum numero, magis magisque Episcopis in eundem finem adlaborandum erit. Curent etiam, quantum fieri potest, ut sacerdotum ministerio juventur, atque ut Missæ adstandi et verbi Dei audiendi Dominicis diebus liberam habeant copiam. Neque negligant salutem prospicere orphanorum Catholicorum, quorum patres vel in classi vel in exercitu occubuerunt, qui aluntur vel a Gubernio, vel a privatorum benevolentia. Pro istis enim aut Orphanotrophia Catholica instituenda sunt, quod pro suis jam præstiterunt sectarii non pauci; vel in Orphanotrophia jam instituta erunt celligendi; vel saltem conandum erit ut doctrinâ imbuantur Catholica. Quod charitatis officium, cum urgentissimum sit, volumus ut quamprimum ab iis, ad quos spectat, suscipiatur.

402. Cum ob diœceseon amplitudinem, multasque, quibus assiduo distinentur curas, difficile sit Episcopis sæpius omnia invisere loca suæ jurisdictioni subjecta, censuerunt Patres orandam esse S. Sedem, ut ipsis liceat communicare Sacerdotibus, prout opus fuerit, facultates benedicendi cœmeteria, et etiam campanas oleo ab Episcopo consecrato, juxta Pontificalis Romani ritum.²

403. Ut uniformitas, vel in minimis quæ sub fidelium oculos cadunt, habeatur, consulimus præsulibus, ut quoad vestes Episcopales vel in ecclesiis, sive intra, sive extra propriam diœcesim, vel domi, vel in itinere deferendas, quantum fieri possit, Cæremonialis Episcoporum³ præscripta, et consuetudines in Ecclesia Romana probatas accurate servent.

¹ Balt., Num. 96.

² Huic petitioni annuit S. Sedes, prout continetur in Decreto S. C. P. F. vi., supra.

³ Clemens VIII., in Constitutione huic libro præfixa hæc habet: “Cæremoniale

404. Decrêto Innocentii X.,¹ duobus ante sæculis emisso, cautum fuit, ne Episcopi Sacræ Congregationi de Propaganda Fide subordinati, Pontificalia in aliis præterquam in propriis Ecclesiis, etiam de consensu Ordinariorum exercere possent, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ ac Pontifici reservatæ. Similia deinceps decreta a prædicta Sacra Congregatione prodierunt.² Quæ decreta quum hætenus non fuerint ab omnibus eodem modo intellecta neque eadem fide observata; ut in posterum Episcopi omnes uniformi regula utantur, declarandum censemus, horum decretorum rigorem a Pio VII.,³ eadem Sacra Congregatione supplicante, ita fuisse relaxatum, "ut, quando rationabili causa vel urgente necessitate Episcopi seu Vicarii Apostolici ad alienas dioceses vel Vicariatus se conferunt, possint sibi invicem communicare facultatem Pontificalia exercendi, dummodo tamen semper accedat Episcopi seu Vicarii loci consensus, inviolatumque de cætero maneat residentiæ præceptum."

Episcoporum *** in universali Ecclesia ab omnibus et singulis *** perpetuo observanda esse præcipimus."

¹ Die 28 Mart., 1651. ² Die 26. Jul., 1662, et 17 Jul., 1715. ³ Die 8 Aug., 1819.

TITULUS VIII.

De Regularibus et Monialibus.

CAPUT I.

DE REGULARIBUS.

405. Permulta bona in religionem derivata esse, ex eo quod viri Religiosi in nostris diocesisibus laborem impenderint suum, libenter profitemur. Ea profecto semper mens fuit antecessorum nostrorum, eaque nobis etiamnum insidet opinio, eorum adhibita operâ multum levare onus Episcoporum humeris impositum; auxilium opportunum præberi clero sæculari pastoralibus officiis pene obruto; plura demum beneficia non uno ex capite a fidei populo percipi. Ut Viennensis Concilii Generalis verbis utamur: "Quia una est regularium et sæcularium, prælatorum et subditorum exemptorum et non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides et unum baptisma, decet ut omnes qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, et sicut fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti."¹

406. Ut tamen optimi hi fructus colligantur, hoc omnino requiritur, ut stabiles ac permanentes fiant foundationes, quæ in qualibet diocesi a communitate Religiosa instituantur. Jam-

¹ Clement., Cap. Frequens, de Excess. Prælat.

404. Decrêto Innocentii X.,¹ duobus ante sæculis emisso, cautum fuit, ne Episcopi Sacræ Congregationi de Propaganda Fide subordinati, Pontificalia in aliis præterquam in propriis Ecclesiis, etiam de consensu Ordinariorum exercere possent, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ ac Pontifici reservatæ. Similia deinceps decreta a prædicta Sacra Congregatione prodierunt.² Quæ decreta quum hætenus non fuerint ab omnibus eodem modo intellecta neque eadem fide observata; ut in posterum Episcopi omnes uniformi regula utantur, declarandum censemus, horum decretorum rigorem a Pio VII.,³ eadem Sacra Congregatione supplicante, ita fuisse relaxatum, "ut, quando rationabili causa vel urgente necessitate Episcopi seu Vicarii Apostolici ad alienas dioceses vel Vicariatus se conferunt, possint sibi invicem communicare facultatem Pontificalia exercendi, dummodo tamen semper accedat Episcopi seu Vicarii loci consensus, inviolatumque de cætero maneat residentiæ præceptum."

Episcoporum *** in universali Ecclesia ab omnibus et singulis *** perpetuo observanda esse præcipimus."

¹ Die 28 Mart., 1651. ² Die 26. Jul., 1662, et 17 Jul., 1715. ³ Die 8 Aug., 1819.

TITULUS VIII.

De Regularibus et Monialibus.

CAPUT I.

DE REGULARIBUS.

405. Permulta bona in religionem derivata esse, ex eo quod viri Religiosi in nostris diocesisibus laborem impenderint suum, libenter profitemur. Ea profecto semper mens fuit antecessorum nostrorum, eaque nobis etiamnum insidet opinio, eorum adhibita operâ multum levare onus Episcoporum humeris impositum; auxilium opportunum præberi clero sæculari pastoralibus officiis pene obruto; plura demum beneficia non uno ex capite a fidei populo percipi. Ut Viennensis Concilii Generalis verbis utamur: "Quia una est regularium et sæcularium, prælatorum et subditorum exemptorum et non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides et unum baptisma, decet ut omnes qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, et sicut fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti."¹

406. Ut tamen optimi hi fructus colligantur, hoc omnino requiritur, ut stabiles ac permanentes fiant foundationes, quæ in qualibet diocesi a communitate Religiosa instituantur. Jam-

¹ Clement., Cap. Frequens, de Excess. Prælat.

pridem enim conquestus fuit Summus Pontifex, Bonifacius VIII., Religiosos Ordines, qui tunc temporis existebant, “domos vel loca de novo suscipere, vel olim suscepta dimittere, se ibidem ad alia transferentes;”¹ idque omnino fieri Apostolica auctoritate vetuit. In eandem sententiam Patres Concilii Cincinnatensis Provincialis I.,² quod a Sancta Sede recognitum est, caverunt ne Religiosi a conventionibus cum Episcopis factis resilirent; et ne pastores et rectores Religiosi ab ecclesiis et locis quibus præpositi fuerant, ab ipsorum superioribus amoverentur, nisi alii societatum sodales, cum consensu Ordinarii, subrogarentur. Et sane maxime tum diocesis, tum Ordinibus ipsis in bonum cederet, si hæc regula omnino servetur.

407. Quum vero ea sint apud nos rerum adjuncta, ut non semper canonice vel permanenter erigi possint domus Religiosæ, seu monasteria, id interdum nolentibus ipsius communitatis superioribus; ut in talibus casibus omnis disputationibus et querelis locus auferatur, duxerunt Patres hujus Plenarii Concilii, hoc conditionis instar contractui Ordinarium inter et Religiosam communitatem appositæ habendum, istam scilicet nullum collegium, parœciam, congregationem, scholam, aliudve opus pium deserere posse, Ordinario invito, nisi sex saltem menses elapsi fuerint a tempore, quo de intentione ita agendi illum certiore fecerit. Hoc enim temporis spatium requiri ad minimum videtur, ut Episcopus alios idoneos operarios sufficere possit, et sic opera, vel necessaria, vel certe maxime utilia continuare. Hæc vero de iis tantum communitatibus intellecta volumus, quæ regenda assumunt opera proprie dicta diocesana, sive ea quæ per pecunias aliaque media ex diocesi desumpta sustentantur, et ad tempus tantum, nulla perpetuo permanendi suscepta obligatione. Neque quidquam per ea, quæ dicta sunt, ullo modo iis dero-

¹ Cap. Ex eo, de Excess. Prælat. et Subd., in 6to.

² Decr. xviii.

gari censendum est, quæ de monasterii canonice erecti bonis non alienandis, permutandis, vel relinquendis, per venerandas SS. Pontificum Constitutiones sancita jamdudum fuerint. Salva etiam jura tertii volumus, præsertim vero eorum benefactorum, qui bona vel mobilia vel immobilia donaverint, ut in specie opus aliquod bonum in aliquo determinato loco, vel aliis præstitutis conditionibus, institueretur vel foveretur.

408. Curent tamen Episcopi, ut juxta canonicas sanctiones omnia jura ac privilegia Regularium, sive Congregationum Religiosarum, intra limites suæ jurisdictionis existentium tueantur, et cum iis ea ratione agant, ut nulla illis nedum discedendi nequidem conquerendi justa occasio suppeditetur. Quod efficacius fiet, si quo tempore in Diocesi considunt, omnia quoad tam spiritualia quam temporalia Episcopum inter et illorum superiores accurate intelligantur, scriptoque instrumento consignentur. Tunc enim, si unquam ex Diocesi discedant, quid bonorum ad illos, quid vero ad Diocesium, ex justitia vel æquitate pertineat intelligetur, adeoque insignis causa querelarum tolletur. Omnes Dei sacerdotes, tam Regulares quam Sæculares, in eundem laborant finem, ut nimirum gloriam Dei salutemque animarum pro viribus promoveant; ideoque nulla deberet esse inter illos dissensio, potius vero concors unitas amorque fraternus.

409. De cæteris quæ ad Regulares pertinent, nullo modo nova decreta requiruntur; sed sufficere videtur declaratio disciplinæ jamdudum tum a Sancta Sede Apostolica, tum a Conciliis institutæ.

410. Legibus Episcopi, qui est in sua Diocesi generalis Pastor, ligantur quotquot incolunt illius Diocesium, cujuscumque sint status et conditionis, nisi speciali privilegio ab eisdem subtrahantur jurisdictione.¹ A potestate enim cujuscumque inferioris Prælati possunt plures eximi auctoritate Summi

¹ Ben. XIV., de Syn. Diœc., L. xiii., c. 4, § 5.

Pontificis, a cujus jurisdictione nemo exemptus esse potest. Attamen, Regulares per leges canonicas, eorum exemptione non obstante, parere coguntur Episcopaliū legum sanctionibus, in iis quæ respiciunt curam animarum, aut sacramentorum administrationem; juxta decretum Tridentinum,¹ atque Apostolicas Constitutiones Concilii textum explicantes, et præsertim Constitutionem *Firmandis* a Benedicto XIV. editam.²

411. Regulares, etiam exemptos, Episcoporum jurisdictioni saltem delegatæ subesse, canonica præcipiunt instituta, quoad domorum religiosarum fundationes,³ suorum alumnorum ordinationes,⁴ Verbi Divini prædicationem,⁵ SS. Sacramenti publicam expositionem,⁶ librorum de rebus ad religionem pertinentibus tractantium approbationem,⁷ confraternitatum erectionem,⁸ monialium confessiones,⁹ et quoad observanda et evitanda in celebratione Missæ.

412. Ex quibus omnibus luculenter patet, Regulares in iis quæ curam animarum et administrationem sacramentorum respiciunt, subesse jurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi degunt; nihilque ipsos hac in parte privilegiis suis juvari; eosdemque Statuta omnia Diœcesana, Provincialia, et Plenaria, eadem plane ratione quâ sacerdotes sæculares, districte teneri observare.

413. Dum hæc et cætera a Concilio Tridentino, vel a Summis Pontificibus, de mutuis Episcoporum Regulariumque

¹ Sess. xxv., c. 11, de Regul.

² 6 Nov., 1744. Vid. de Syn. Diœc., loc. cit.

³ Conc. Trid., Sess. xxv., c. 3, de Regular.

⁴ Ibid., Sess. xxiii., c. 12, de Reform. versus finem. Bened. XIV., Constit. Impositi Nobis, 27 Feb., 1747.

⁵ Ibid., Sess. v., c. 2, de Ref. versus finem. Gregor. XV., Constit. Inscrutabili, 5 Feb., 1622. Clement. X., Constit. Superna., 21 Jun., 1670.

⁶ S. R. C., 18 Dec., 1647, 7 Jun., 1681; et pluries alias.

⁷ Conc. Trid., Sess. v., de edit. et usu SS. Libr.

⁸ Clem. VIII., Const. Quæcunque, 7 Dec., 1604; Paul. V., Constit. Quæ Salubriter, 28 Nov., 1610.

⁹ Greg. XV., Inscrutabili, 5 Feb., 1622; Clem. X., Constit. Superna, 21 Jun., 1670.

juribus et officiis statuta, Regulares religiose custodierint; necnon pari cura sartæ tectæ ab ipsismet Episcopis serventur Regularium exemptiones in iis quæ ad regimen internum communitatis, ad Missarum celebrationem intra cœnobium, ad Sacramentorum in favorem fratrum vel familiarium administrationem, eorumque sepulturam spectant; auctoritas Episcoporum, et monasteriorum immunitates facile conciliabuntur.¹

414. Maxime demum religiosis Superioribus in Domino commendamus, ut accurate servent decretum Sanctæ Congregationis Episcoporum et Regularium,² probante Sanctissimo Domino nostro Pio PP. IX., editum, quo verbis expressis iis vetatur, ne quis “ad habitum admittatur absque testimonialibus literis tum Ordinarii originis, tum etiam Ordinarii loci, in quo postulans post expletum decimum quintum annum ætatis suæ ultra annum moratus fuerit.” Observata enim regula hæc sapientissima, nullus eorum fraudibus supererit locus, qui ex una in aliam religiosam vagantes domum, dedecore maximo tum Religiosos Ordines, tum Catholicum nomen haud raro afficiunt.

CAPUT II.

DE MONIALIBUS.

415. Sanctimonialium, sive fœminarum religiosarum, hujus regionis præclara in Christianam Rempublicam merita spectantes, non possumus quin agamus Omnipotenti Deo gratias; qui harum tam utilium Congregationum tantum numerum, tantamque varietatem in Ecclesiæ subsidium excitaverit.

¹ Vide Lit. Em^m Card. Sterckx, Archiep. Mechlin., in Appendice.

² 25 Jan., 1848. Integrum in Appendice prostat.

Hisce quippe Congregationibus acceptum referimus, quod tot puellarum innocentiae servandae habeamus parata tutaque domicilia; his debet America nostra institutionem numerosae juventutis tum in literis, tum in Christianis moribus, atque adeo diffundendae Catholicae Fidei efficax adjumentum. Quin etiam, quum luctuosi belli tumultus academiarum nostrarum prosperitati magno damno essent; fecit tamen Sororum charitas, ut ipsae belli calamitates in singularem Ecclesiae commendationem verterent. Quis enim, etiam A catholicus, Sororum nostrarum in Nosocomiis inexhaustam patientiam, parem in omnes beneficentiam, singularem ubique modestiam, potuit non admirari; aut tantarum virtutum effectricem causam aliam cogitare, quam divini Spiritus adjutorium illud, quo etiam inimicus homo cogatur fateri, "Digitus Dei est hic!"

416. Postulat igitur Pastoralis officii nostri sollicitudo, ut tam eximiae portioni Dominici gregis subministrentur ea praesidia, quae sacratas Deo Virgines in instituti sui vigore primitivo perpetuo sustentent; idque praesertim, cum a S. Concilio Tridentino Virgines sacrae paternae sollicitudini Episcoporum concreditae sint.¹ Quapropter opportunum visum est Patribus quae sequuntur statuere, per quas Monialium disciplina facilius ac maturius instauretur et constantius perseveret.

417. Ut de Sacris Virginibus apud nos Deo dicatis usurpemus verba Fratrum Nostrorum in Concilio Ravennatensi: "Sacrarum Virginum confessionibus excipiendis eos tantum Episcopi praeficiant, qui quae par est morum gravitate, prudentia, doctrina, et asceticae artis intelligentia praediti reperiantur. Meminerintque Tridentinos Patres,² ad opportunum solatium remediumque afferendum ipsarum animis, in afflictione interdum et angustia constitutis praecipisse, ut praeter Ordinarium Confessorem, alius Extraordinarius ab Episcopo

¹ Pro privilegio SS. conservandi in Sacellis Monialium, vide Appendicem.

² Sess. xxv., De Regul. et Monial., c. 10.

et aliis Superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.' Offerant itaque Monasteriis omnibus suae jurisdictioni subjectis, instentque pro viribus, ut a Superioribus etiam Regularibus quoad Sanctimonialia eorum regimini subjectas idem, juxta formam a Benedicto XIV. praescriptam,¹ exhibeatur. Nec se iidem Episcopi adeo difficiles praebent,² peculiaribus etiam Monialibus Confessarium Extraordinarium aliquando petentibus; quin potius, nisi aut Monialis postulantis, aut Confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeat, earum justis precibus libenti animo obsecudent."³

418. Directores autem hujusmodi quam maxime allaborent ad conservandum in Monasteriis spiritum vitae perfectioris, et strictam regularum observantiam; nihil in iis, neque in laudabilibus consuetudinibus, Episcopo inconsulto innovantes. Invigilent insuper Episcopi et Directores, ut earum solitudo sancta, si non clausura, sarta tecta custodiatur, eaque ad orationis et contemplationis sanctae amorem formentur.

419. Quum de natura trium votorum Paupertatis, Castitatis, et Obedientiae, quae a Monialibus, praesertim quorundam Monasteriorum, heic in America emitti solent, dubitaretur: scilicet, utrum vota hujusmodi uti solemnia, an tantummodo uti simplicia essent habenda; et si uti solemnia, utrum, ratione habita temporum, locorum et aliorum hujusmodi adjunctorum, et ad varia incommoda praecavenda, consultius necne, ut in posterum Moniales omnes simplicia tantum vota nuncupare permetterentur; quumque alii aliter sentirent, ad omne dubium amovendum, censuerunt Patres antecessores nostri rem totam ad Sanctam Sedem esse deferendam. Hac autem re mature perpensa et rite examinata, tan-

¹ Constit. Pastoralis Curae, 5 Aug., 1748: et de Syn. Dioc., Lib. xii., c. 12, § 17.

² Bened. XIV., loc. cit.

³ Conc. Prov. Ravennat., Anno 1855; Part. iv., Cap. 7, Num. 13.

dem per Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum et Regularium, ad R^{mm} Archiepiscopum Baltimorem transmissum,¹ ita rescripsit Sancta Sedes:

I. "Vota, quæ a Monialibus a Visitatione Beatæ Virginis Mariæ nuncupatis emittuntur in monasteriis locorum Georgetown, Mobile, Kaskaskia, St. Aloysii, et Baltimore, attentis Rescriptis a Sancta Sede ab iisdem jam impetratis esse solemnia.

II. "Quoad clausuram, prædictas Moniales uti posse facultatibus sibi in variis Rescriptis a Sancta Sede Baltimorem Archiepiscopo concessis.

III. "Ratione habita ad locorum temporumque circumstantias, in posterum ab iisdem Monialibus Visitationis post expletum novitiatum, emittenda esse vota simplicia; exactisque quinque annis a votorum simplicium professione admitti eas posse ad vota solemnia nuncupanda, præviis spiritualibus exercitiis per decem dies; professas autem votorum simplicium frui et gaudere omnibus et singulis gratiis et favoribus spiritualibus, quibus professæ votorum solemnium fruuntur et gaudent.

IV. "Vota, quæ ab aliis Monialibus in Monasteriis jam erectis emittuntur, esse simplicia, excepto casu quo Rescriptum pro votis solemnibus emittendis ab Apostolica Sede obtinuerint.

V. "Tandem, in Monasteriis in posterum erigendis in singulis Statibus Unitis, vota a Monialibus esse emittenda simplicia."

420. Constat vero ea, quæ in articulis quarto et quinto habentur, ad omnes hujus regionis Moniales, quocumque veniant nomine, applicanda esse, iis exceptis Monasteriis de quibus in primo articulo fit sermo. Hoc vero tum ex iis

¹ 3. Sept., 1864.

manifestum est, quæ in ipsa Sacra Congregatione gesta sunt:¹ tum per verba E^{mi} Cardinalis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide confirmatur.

421. Spectatis peculiaribus hujus regionis circumstantiis, visum est etiam Patribus opportunum supplicare Sanctam Sedem, ut in iis Monasteriis in quibus vota sunt solemnia, probatio quinque annorum, quæ juxta Rescriptum inter Vota Simplicia et Solemnem Professionem intercedere debet, ad decem annos usque protrahatur. Ita enim tum Monialium vocatio, tum earum ad claustralem vitam aptitudo diutius probatur, tutiusque occurritur iis incommodis quibus hactenus ea Monasteria fuerunt exposita.²

422. Demum, quum omnino deceat ut Moniales, sint vel non sint claustratæ, in conventibus suis, quantum fieri possit, permaneant, atque in sancta solitudine spiritualibus exercitiis et operibus pietatis et charitatis secundum earum institutum sese devoveant, prorsus reprobamus morem illum, seu verius abusum, qui nuper invectus est, juxta quem nonnullæ ex istis piis feminis huc illuc circumcursant, et sæpe ad loca ab earum Monasteriis remota divertunt, causa pecuniæ colligendæ pro novis domibus fundandis, vel ab ære alieno iis quæ jam sunt fundatæ liberandis. Ordinarios vero locorum in Domino hortamur, atque enixe obsecramus, ne permittant, ne quidem tolerant istam consuetudinem, quæ tum veræ status religiosi indoli repugnat, tum gravibus periculis et publicis nonnullam scandalis obnoxia est.

¹ Vid. Acta ex iis decerpta quæ apud S. Sedem geruntur, Vol. I., Fasc. 12.

² Huic Patrum supplicationi annuit Sancta Sedes, speciali edito Decreto, supra relato, num. vii.

TITULUS IX.

De Juventute Instituenda, Pieque Erudienda.

CAPUT I.

DE SCHOLIS PAROCHIALIBUS UBIQUE FUNDANDIS.

423. Christus Dominus Noster ad Patrem suum jamjam ascensus, ex plenaria illa potestate quæ data ei fuerat in cælo et in terra, omnibus Apostolis quos operis sui vicarios his in terris relinquebat, mandatum illud insigne, veluti supremæ suæ voluntatis testamentum et summi illius amoris, quo in homines flagrabat, pignus eximium edixit: "Euntes, docete omnes gentes."¹ Quo quidem divino eloquio, Ecclesia Ejus seipsam intellexit non solum præconem ac testem, sed et cunctorum insuper hominum matrem ac magistram cœlitus institutam fuisse. Quamobrem nullo non tempore summa ubique terrarum cura invigilavit, ut salutarem doctrinam disseminaret ac custodiret. Factum inde etiam est, ut omnes errores tam contra fidem, quam contra morum honestatem semper impigre debellaverit.

424. Nihil sane in Ecclesia innotescit magis, aut pulchrius splendescit, quam zelus ille atque ardor divinus, quo pia illa mater Juventutem, rei Christianæ spem firmissimam, semper

¹ Matth. xxviii., 19.

et ubique est prosecuta. Memoria enim tenens et in corde conferens præclara illa Domini sui verba, "Sinite parvulos ad me venire,"¹ nullis unquam laboribus pepercit, ut tenellum illum hominum florem ab omni vitiorum afflatu arceret, et ab omni labe erroris incolumem servaret. Hinc sacri Antistites, jam inde ab exordiis Ecclesiæ, collatis viribus magis magisque allaborarunt, ut Christianam Juventutem tum in scholis tum extra scholas rite erudiret atque pie educaret. Quam profecto Juventutis institutionem, ut omni discrimini subducerent, gymnasia circumquaque excitavere, privilegiis amplissimis auxerunt, et per varios scholarum gradus ad summum usque artium atque scientiarum fastigium evehere non dubitarunt. Ex quibus gymnasiis quot quantaque beneficia, quam uberimi fructus in civilem societatem, atque adeo in ipsam Ecclesiam redundarint, neminem præterire arbitramur.

425. Itaque non possunt hujus Plenarii Concilii Patres ultro non agnoscere palamque profiteri, curam teneriori ætati atque adolescentiæ Christianis moribus informandæ impendendam, inter præcipuas sollicitudinis Pastoralis partes recenseri; eoque magis, quo hodierni Religionis nostræ inimici suas omnes artes conferre connituntur, ut juvenum animos vel a prima ætate depravent.

426. Experientia siquidem diuturna satis superque probavit, quam gravia sint mala, quam intrinseca etiam pericula, quæ Juventuti Catholicæ ex frequentatione scholarum publicarum hisce in regionibus plerumque obveniunt. Vi enim systematis apud illas obtinentis, nequaquam fieri potest quin simul in magnum fidei morumque discrimen juvenes Catholici adducantur. Neque alia profecto ex causa repetendi videntur progressus, quos exitialis illa Indifferentismi, ut vocant, labe hætenus in hac regione maximos habuit, habetque in dies; illa quoque morum corruptela, quæ vel tenerrimam apud nos

¹ Matth. xix., 14.

ætatem passim infici ac perdi non sine lacrymis videmus. Consuetudo enim eorum, qui aut falsam aut nullam religionem colunt, quotidiana etiam auctorum lectio et meditatio, qui Sanctissimam Religionem nostram et instituta, immo coelites ipsos incessunt, rodunt, nigroque sale adspargunt, paullatim in puerorum Catholicorum animis vim ac virtutem veræ Religionis elevat. Deinde condiscipuli, quibus utuntur, iis plerumque sunt moribus et exemplis, ea loquendi agendique nefaria licentia, ut hoc commercio et usu familiari nostris adolescentibus, (licet domi optime institutis) pudor omnis ac pietas, quasi cera admoto igne, cito absumatur ac pereat. Neque decessores nostros hujusmodi mala et pericula latuerunt, ut ex hisce eorum decretis videre est:

427. Quoniam quamplurimos adolescentes ex Catholicis parentibus præsertim pauperibus ortos, in multis provinciæ hujus locis expositos esse, et adhuc exponi constat magno fidei amittendæ periculo, vel morum corruptelæ, ob inopiam talium magistrorum quibus tantum munus tuto committi possit; necessarium omnino censemus ut scholæ instituantur, in quibus juvenes edoceantur fidei morumque principia, dum literis imbuuntur.¹

428. Cum non raro plura reperiantur in libris qui in scholis plerumque adhibentur, quibus principia fidei nostræ impugnantur, dogmata nostra perperam exponuntur, et ipsa historia pervertitur, qua ratione puerorum animi erroribus imbuuntur, in animarum damnum gravissimum; postulat tum religionis studium, tum Juventutis recta educatio, et ipsum Fœderatæ Americæ decus, remedium aliquod tanto malo afferri.²

429. Cum constet publicæ educationis rationem plerisque in his Provinciis ita iniri, ut hæresibus inserviat, puerorum Catholicorum mentibus sensim sine sensu falsis sectarum principiis imbutis, monemus pastores, ut omni quo valent studio Catholicorum puerorum Christianæ et Catholicæ educationi prospiciant, et diligenter invigilent, ne versione protestantica bibliorum utantur, vel sectarum cantica aut preces recitent. Ideo invigilandum erit, ne in publicas scholas

¹ Balt., Num. 33.² Ibid., 34.

libri vel exercitia hujusmodi introducantur, cum fidei pietatisque discrimine. Constanter autem et moderate hisce sectarum conatibus ubique resistendum est, eorum qui auctoritate valent opportunum adhibere remedium implorato auxilio.¹

430. Optimum vero, immo unicum quod superest remedium, quo gravissimis hisce malis atque incommodis occurratur, in eo situm videtur, ut in singulis diœcesibus, unamquamque prope ecclesiam, Scholæ erigantur in quibus juvenus Catholica tam literis ingenuisque artibus, quam Religione ac probis moribus imbuatur. Quod jam a Patribus superioris Concilii Plenarii sapienti consilio provisum fuit:

Hortamur episcopos, et, attentis gravissimis malis quæ ex juventute haud rite instituta sequi solent, per viscera misericordiæ Dei obsecramus, ut Scholas unicuique ecclesiæ in eorum diœcesibus annexas instituendas curent; et si opus fuerit, et rerum adjuncta sinant, provideant ut ex redditibus ecclesiæ cui Schola annexa sit, idonei magistri in ea habeantur.²

431. Decessorum igitur nostrorum vestigiis inhærentes, Pastores animarum vehementer monemus, ut pro viribus operam suam conferant ad Scholas Parochiales, ubicumque fieri potest, extruendas. Hisce in Scholis, sub Pastorum oculis ordinatis, vitabuntur pericula quæ gymnasiis publicis inhære jam diximus; defendentur pueri ab illo indifferentismo adeo nunc grassante; viam Catholicam insistere, jugumque Domini ab adolescentia portare addiscent.

432. Quod ut facilius præstetur, magnopere commendamus multiplicationem adhibitarum pluribus jam in locis Sodalitatum sive Congregationum piarum utriusque sexus, quæ, juxta peculiaris sui instituti regulas, pueros puellasque tum primis literarum ac artium rudimentis imbuere, tum præsertim cœlestis doctrinæ pabulo vel ab ipsis quasi incunabulis reficere et enutrire satagant.

¹ Balt., Num. 54.² Ibid., 90.

433. Quod si ob defectum hujusmodi Sodalitatum, sæcularibus hominibus munus instituendæ pueritiæ committendum sit, ii tantum ad hoc operis eligantur, qui non tantum scientiâ præstent, sed etiam fide, moribus ac vita probatissima inter cæteros emineant. Quod de mulieribus quoque dictum volumus, quibus instituendarum puellarum cura credatur.

434. In re tanti momenti, seriò etiam parentes monendi sunt, ut proli suæ magis magisque invigilent, et pro recta ejus educatione diligenter consulant ac sedulo laborent; cum suis Pastoribus pie conspirent, suasque opes generose diffundant, ut Scholæ Catholicæ Parochiales quantocius erigantur ac sustententur.

435. Cum autem omnibus in parœciis Scholæ exclusive Catholicæ, propter rerum angustias, nondum haberi queant, et nullibi sit locus pro institutione quotidiana et necessaria nisi in gymnasiis publicis, eo magis oportet omnes cautelas adhibere, ut exinde quam minimum detrimentum juvenus Catholica patiat. Hunc in finem Catecheses et Scholæ doctrinæ Christianæ instituantur. Pueros puellasque in propriam ecclesiam Dominicis et aliis diebus festivis, et quandoque etiam sæpius, Pastores convocent, ut eos elementa Christianæ doctrinæ studiose et diligenter edoceant.

436. Quod quidem non solum a patribus maxime commendatum atque usitatum fuit, sed etiam sæpius gravissimisque adjectis pœnis, præsertim tribus hisce sæculis, quæ disciplinam restitutam subsecuta sunt, plurimorum Pontificum atque Synodorum legibus constitutum. Inter præclaros piissimi hujus moris atque instituti restitutores ac vindices, eminuit S. Carolus, Ecclesiæ Mediolanensis Antistes, cujus hac in re labores, consilia, ac præcepta digna sunt, quæ ab omnibus animarum Pastoribus assidue perlegantur. Ecclesiæ igitur monitis ac præceptis obtemperet animarum moderator; ac sanctorum hominum, immo ipsius Christi Pastoris optimi

exemplo animatus, parvulos, spem commissi sibi gregis, singulari amore prosequatur, summa cura custodiat, indefessa vigilantia et sollicitudine a luporum ac Tartarei prædonis insidiis et incursibus defendat ac tueatur. Pulcherrimum illum integritatis et innocentiae florem, atque ineffabile, quo fruuntur, baptismalis gratiæ donum, sanctum in illis inviolatumque, quasi oculi sui pupillam, servandum ipse curet. Eos ita instituat atque assuefaciat, ut Dei domum et atria sancta Ejus libenter frequentent; ibique congregatos sanctis vitæ morumque præceptis imbuat. Tenellis adhuc eorum animis ea instillet fidei ac pietatis rudimenta, quæ postea ætate adultis firmamento ac robori, tutissimoque contra pravos dæmonis ac malorum hominum insidias præsidio sint futura.

437. Parentes omnibus, quibus poterit, modis inducat, ut partes suas agant. Eos hortamentis excitet, minis terrefaciat, precibus exoret, ut liberos stato catecheseos tempore ad ecclesiam mittant. Hos autem ad alacrius adsistendum discendumque munusculis et præmiis alliciat. Quod enim quotidie faciunt hæreseos magistri, ut pueros Catholicos ad suas scholas trahant, veneno erroris imbuant, atque infortunio mactent sempiterno; id Dei sanctissimæque nostræ Religionis minister non studiose ac diligenter præstabit, ut suos servet, neque ex iis, quos dedit Christo suo Pater, perdat quemquam? ¹

438. Neque hoc muneris per alios, ut negligentiores solent, sed per sese ipse exequatur. Onus enim pueros Christianæ fidei rudimentis instituendi adeo est cum pastoralis officio conjunctum, ut qui ex ignavia vel desidia id ferre nolit, aut in alios rejiciat, violati officii pœnas vitare nullo modo possit. Quod disertis verbis omnibus, ad quos spectat, in memoriam revocatur a Patribus Concilii Plenarii superioris. ²

439. Dum pueros ad divinarum rerum scientiam educare studet, omnem in eo operam ponat, ut, quod in Ecclesia

¹ Joan. xvii., 12; xviii., 9

² Decr. 89, jam supra cit., in Tit. iii.

Catholica laudat Augustinus,¹ “pueros pueriliter doceat;” ea scilicet facilitate et simplicitate, quæ eorum imbecillitatem et imperitiam deceat. Altissima fidei mysteria ita explicet, ut eorum ætati atque ingenio se accommodet. Etiam si, quod sæpe evenit, adulti haud pauci catechesos tempore dicentem in templo circumstant, nunquam ipse verbis aut loquendi modis exquisitis et elegantioribus utatur; sed ea tantum adhibeat, quæ simplicia, clara, et apertissima sint, quæque ab omnibus, etiam rudioribus, facile intelligantur. “Qui docet,” monet apposite Augustinus,² “non curet quanta eloquentia doceat, sed quanta evidentia. Cujus evidentia diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec curat quid bene sonet, sed quid bene indicet atque intimet quod ostendere intendit. * * * * * Quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit causa, si quod loquimur non intelligunt, propter quos ut intelligant loquimur?”

440. Sedulo laborent animarum Pastores, ut parentes, qui ipsorum curæ concrediti sunt, liberos suos qui ad annos discretionis pervenerint ad Sanctæ Eucharistiæ et Confirmationis Sacramenta suscipienda rite paratos adducant: et ad hunc finem obtinendum, sæpius per annum, præsertim appropinquante Paschali tempore, populum publice in templis moneant de gravissimo hoc officio, quod qui non servaverint parentes se maximo salutis amittendæ periculo exponunt, ac proinde a Sacramentis arcendi sunt, donec resipiscentes officio suo satisfecerint.³

441. Curent etiam animarum Pastores, ut quotannis Ordinarios certiores faciant de numero eorum, qui superiori anno prima vice ad Sacram Synaxim admissi fuerint.⁴

¹ S. Aug. de Moribus Eccles. Cath., Lib. i., Cap. 30, Ed. Maur., i. 708.

² De Doctrina Christ., Lib. iv., Cap. 9, §§ 23, 24, ed. cit., iii. 73.

³ Cf. Conc. Cincinnat. Prov. II., an. 1858, Decr. 12.

⁴ Ibid.

442. Omnibus animarum curam gerentibus in Domino injungimus, ut saltem quater unoquoque anno, et præsertim, si fieri possit, Quatuor Temporum feriis, pueros omnes spiritali ipsorum regimini commissos, qui nondum S. Eucharistiæ participes facti sunt, in unum colligant, et per aliquot dies Doctrinam Christianam diligenter edoceant. Eos, qui ad septennium pervenerint, ad Confessionem accedere curent; qui vero id ætatis attigerint, ut Panem cœlestem discernere valeant, ad primam Communionem, omni adhibita diligentia, disponantur.¹

CAPUT II.

DE SCHOLIS INDUSTRIÆ, SEU REFORMATORIIS CONSTITUENDIS.

443. Perpetuus ille humani generis hostis, qui ab ipso mundi exordio cum semine mulieris exercet inimicitias, Christi corpus, quod est Ecclesia, nequit quidem violare ac perdere: at calcaneo tamen ejus insidiatur, et nonnulla saltem membra vulnerare, et in interitum secum rapere quotidie studet. Quod eum felici nimis successu agere, non sine acerbo animi dolore fateri cogimur. Inter alia vero hujus generis sane luctuosa, quæ quotidie ante oculos obversantur, illud maxime deplorandum est, quod parvulos nostros, sacro baptismi fonte renatos, Deoque ob innocentiam et sanctitatem acceptissimos, a sinu et complexu Ecclesiæ matris avellit, et ad sua castra transfert, ut de filiis hostes, de piis sanctisque impios faciat ac profanos. Atque hoc quidem cum per se ipse efficere nequaquam possit, nullo negotio inter mortales invenit, quorum ope et auxilio efficiat. Adsciscit enim sibi

¹ Cf. Conc. Prov. Cincinnat. III., an. 1861, Decr. 2.

homines aut hæresis labe infectos, aut religionis omnis osores et contemptores, quibus in nefario hoc opere sociis et adiutoribus utatur.

444. Atque hi quidem sunt, qui puellas et pueros Catholicos, aut parentibus vita functis orbatos aut a dyscolis derelictos, quasi lupi agnos nacti, statim arripiunt et in domos Refugii dictas conjiciunt; ubi, velut in carcere quodam inclusi, ita caute custodiuntur, ut nec a conjunctis quidem reperiri et dignosci queant. Quin et ipsa nomina misellis istis mutantur, ne forte patriæ religionis memoriam aliquando excitare possint. Aluntur splendide quidem, si prioris conditionis ratio habeatur; educantur tamen sedulo ad hæresim, ad avitæ fidei odium et detestationem, ad interitum animæ sempiternum. Atqui hæc omnia specioso philanthropiæ nomine geruntur; jamdiu enim apud istos homines obsolevit præclarum illud nomen Christianæ charitatis!

445. Ad mala hæc præcavenda et avertenda, vix ullum in civitatum legibus præsidium sperari potest; quinimmo, his sæpe improbi homines ad hæc scelera patranda ac tuenda fœdissime abutuntur. Quamobrem nonnulli jam Episcopi, charitate et misericordia permoti, in suis diocesisibus piæ domos erexerunt, aut jam erectas in hunc usum converterunt, ut in eas pueri, quorum religio aut animæ salus periclitatur, recipiantur, ut a lupis rapacibus tuti serventur, et Christianæ fidei morumque principia addiscant. Vocantur ideirco Domus Refugii seu Protectionis, at frequentius Scholæ Industriæ; ibi enim docentur pueri agriculturam, aut fabriles aliasque vulgares artes, quibus olim exercendis sibi victum honeste comparare possint. Appellantur etiam nonnunquam Scholæ seu Domus Reformatoriæ; quoniam in eas aliquando recipiuntur pueri, qui forte malis parentum ac propinquorum exemplis aut incuria a recto tramite aberrarunt, quos tamen tempore et diligenti opera adhibita emendatum iri sperari merito possit.

446. Episcopos igitur enixe hortamur, ut omni, quâ possint, cura et sollicitudine, tenellos hosce Christiani gregis agnos ab avidis circumcursantium luporum faucibus defendant. Pias hujusmodi Industriæ seu Refugii Domus ubique constituent; idque præsertim majores prope urbes, ubi major est periclitantium numerus. Laudandi quidem sunt, qui summam in eo industriam ponunt, ut magnifica e marmore templa ubique in Dei honorem et cultum extruantur. At longe melior atque utilior, in his vivis et electis lapidibus¹ ad æternum Divinæ Majestatis habitaculum præparandis, labor et cura impenditur.

CAPUT III.

DE UNIVERSITATE LITERARUM FUNDANDA.

447. Præter plures, quæ Dei O. M. beneficio in hac regione existunt, minores Scholas, in quibus Religionis ac literarum elementa pueris traduntur, habentur etiam Scholæ majores, seu Collegia, in quibus, in adultioris ætatis commodum, dum literæ artesque ingenuæ plenius ac perfectius docentur, Catholicæ quoque doctrinæ capita fusius atque uberius explicantur. Quod quidem maximopere commendandum ducimus; virosque illos pios et eruditos, qui in hac palæstra huc usque cum laude desudarunt atque elaborarunt, de Christiana republica optime meritos esse prædicamus. Quantum enim ab eorum opera pendeat, is facile intelliget, qui ex hisce Academiis et Collegiis eos prodituros sciat, qui deinceps Sacrorum ministerio forte se addicant; qui in foro, in curia, in magistratu aliquando versentur.

448. Singulari Dei beneficio nobis obtigit, ut clericorum

¹ Miss., in Ded. Eccles., in Postcomm.

Collegia non solum domi, sed etiam in Europa habeamus. Atque ante omnia commemorandum est Collegium Americanum in Urbe Sancta, omnium matre atque principe, prope ipsam Apostolicæ veritatis Cathedram constitutum; quod SSm̃i. Domini Nostri Pii PP. IX. paternæ munificentiae acceptum referri debet. Hoc profecto, ut, quotquot sumus hujus regionis Episcopi, tueamur, foveamus, ornemus, et quantum in nobis est, collatis consiliis, opibusque amplifemus, tum æquitas, tum grati animi officium postulat.¹

449. Commemorari quoque debet Collegium alterum pro nostræ regionis Missionariis, prope celeberrimum illud literarum scientiarumque domicilium, Universitatem Lovaniensem, ab Episcopis Belgii constitutum. Cujus jam fructus plurimos ac saluberrimos percepimus. Novennio enim, ex quo fundatum est, plusquam quinquaginta Missionarios ad nos misit, qui in Vineâ Domini excolenda laborarent.

450. Neque ultimo loco prætereundum est Collegium Omnium Sanctorum, viginti fere ante annis, Drumcondræ prope Dublinium in Hibernia erectum. Cujus Collegii præsidibus et doctoribus gratias et habemus, et hanc nacti occasionem palam agimus maximas, eo quod pro nostris diocesisibus haud paucos sacerdotes maxima benevolentia et liberalitate educarint.²

451. Atque utinam in hac regione Collegium unum maximum, sive Universitatem habere liceret, quod Collegiorum horum omnium, sive domesticorum sive exterorum, commoda atque utilitates complecteretur; in quo, scilicet, literæ et scientiæ omnes, tam sacræ quam profanæ, traderentur! Utrum vero Universitatis hujusmodi constituendæ tempus advenerit, necne, Patrum judicio, rem totam maturius posthac perpendentibus, relinquimus.

¹ Vide quæ hac super re monet S. Cong. P. F., in Instructione Generali, art. 20, *supra*.

² De Collegio Barcinonæ in Hispania constituendo, vide Literas E^m Card. Barnabè, in Appendice.

TITULUS X.

De Salute Animarum efficacius Promovenda.

CAPUT I.

DE ZELO ANIMARUM.

452. Quanto zelo saluti animarum procurandæ incumbere debeant Sacerdotes Christi, attentius consideranti, quis sit Christus, quis sacerdos, apparebit clarissime. Christus, "Filius Dei vivi,"¹ "splendor gloriæ" Patris, "et figura substantiæ ejus,"² "Deus de Deo, Lumen de Lumine, Deus verus de Deo vero, genitus non factus, consubstantialis Patri, propter nos homines, et propter nostram salutem, descendit de coelis, et homo factus est."³ Ideo scilicet æternus Dei Filius in tempore venit, ut hominum animas servaret; quapropter titulo insignitur Salvatoris. Hoc enim Illum olim Prophetæ salutaverunt: "Aperiatur terra et germinet Salvatorem;"⁴ et ideo Angelo jubente vocatus est Jesus, "quia salvum facturus erat populum suum a peccatis eorum."⁵ Quod ut præstaret, nedum "virginis non horruit uterum,"⁶ sed "factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,"⁷ "dedit semetipsum redemptionem pro omnibus."⁸

¹ Matth. xvi., 16.

² Hebr. i., 3.

³ Symbol. Nicæen.

⁴ Is. xlv., 8.

⁵ Matth. i., 21.

⁶ Hymn. Ambros.

⁷ Phil. ii., 7.

⁸ I. Tim. ii., 6.

Collegia non solum domi, sed etiam in Europa habeamus. Atque ante omnia commemorandum est Collegium Americanum in Urbe Sancta, omnium matre atque principe, prope ipsam Apostolicæ veritatis Cathedram constitutum; quod SSm̃i. Domini Nostri Pii PP. IX. paternæ munificentiae acceptum referri debet. Hoc profecto, ut, quotquot sumus hujus regionis Episcopi, tueamur, foveamus, ornemus, et quantum in nobis est, collatis consiliis, opibusque amplifemus, tum æquitas, tum grati animi officium postulat.¹

449. Commemorari quoque debet Collegium alterum pro nostræ regionis Missionariis, prope celeberrimum illud literarum scientiarumque domicilium, Universitatem Lovaniensem, ab Episcopis Belgii constitutum. Cujus jam fructus plurimos ac saluberrimos percepimus. Novennio enim, ex quo fundatum est, plusquam quinquaginta Missionarios ad nos misit, qui in Vineâ Domini excolenda laborarent.

450. Neque ultimo loco prætereundum est Collegium Omnium Sanctorum, viginti fere ante annis, Drumcondræ prope Dublinium in Hibernia erectum. Cujus Collegii præsidibus et doctoribus gratias et habemus, et hanc nacti occasionem palam agimus maximas, eo quod pro nostris diocesisibus haud paucos sacerdotes maxima benevolentia et liberalitate educarint.²

451. Atque utinam in hac regione Collegium unum maximum, sive Universitatem habere liceret, quod Collegiorum horum omnium, sive domesticorum sive exterorum, commoda atque utilitates complecteretur; in quo, scilicet, literæ et scientiæ omnes, tam sacræ quam profanæ, traderentur! Utrum vero Universitatis hujusmodi constituendæ tempus advenerit, necne, Patrum judicio, rem totam maturius posthac perpendentibus, relinquimus.

¹ Vide quæ hac super re monet S. Cong. P. F., in Instructione Generali, art. 20, *supra*.

² De Collegio Barcinonæ in Hispania constituendo, vide Literas E^m Card. Barnabè, in Appendice.

TITULUS X.

De Salute Animarum efficacius Promovenda.

CAPUT I.

DE ZELO ANIMARUM.

452. Quanto zelo salutis animarum procurandæ incumbere debeant Sacerdotes Christi, attentius consideranti, quis sit Christus, quis sacerdos, apparebit clarissime. Christus, "Filius Dei vivi,"¹ "splendor gloriæ" Patris, "et figura substantiæ ejus,"² "Deus de Deo, Lumen de Lumine, Deus verus de Deo vero, genitus non factus, consubstantialis Patri, propter nos homines, et propter nostram salutem, descendit de coelis, et homo factus est."³ Ideo scilicet æternus Dei Filius in tempore venit, ut hominum animas servaret; quapropter titulo insignitur Salvatoris. Hoc enim Illum olim Prophetæ salutaverunt: "Aperiatur terra et germinet Salvatorem;"⁴ et ideo Angelo jubente vocatus est Jesus, "quia salvum facturus erat populum suum a peccatis eorum."⁵ Quod ut præstaret, nedum "virginis non horruit uterum,"⁶ sed "factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,"⁷ "dedit semetipsum redemptionem pro omnibus."⁸

¹ Matth. xvi., 16.

² Hebr. i., 3.

³ Symbol. Nicæen.

⁴ Is. xlv., 8.

⁵ Matth. i., 21.

⁶ Hymn. Ambros.

⁷ Phil. ii., 7.

⁸ I. Tim. ii., 6.

453. Christus tamen in terris modo visibili et naturali perpetuo haud erat mansurus, sed postquam "opus consummasset quod dederat ei Pater ut faceret,"¹ ad Illum reversus est, ut "nobis pararet locum."² Dum adhuc itaque cum hominibus versaretur, quosdam viros elegit, quibus "dedit virtutem et potestatem super omnia daemona, * * * et misit illos praedicare."³ Eos misit ut fructum, qui maneret, afferrent;⁴ fructos vero ille idem erat, quem ut colligeret Ipse coelestis Agricola in mundum venerat. Sicut Eum miserat Pater, et Ipse misit eos;⁵ ac ea potestate, quae Ipsi in caelo et in terra data fuerat, iis edixit ut docerent omnes gentes, ut omnes qui crediderint et baptizati fuerint, salvi fierent.⁶ Quam igitur potestate Ipse missus fuerat, etiam illi missi sunt, eo quidem aucti imperio, quo ad mundi usque finem opus perficere possent quod a Se coeptum illis consummandum mandavit. Nec tamen ipsi Apostoli omni aëvo in terris mansuri erant; necesse igitur est, voluisse Christum, ut decurrentibus saeculis alii et alii sufficerentur, qui illorum et potestatis haeredes essent et officii.

454. Tales veros esse Novae Legis Sacerdotes, semper tenuit Ecclesia Catholica. Illi scilicet "ex hominibus assumpti, pro hominibus constituuntur in iis quae sunt ad Deum;"⁷ "Dei sunt adiutores,"⁸ Christi locum tenent, Dei vices in terris gerentes; Deus enim per eos veluti exhortatur, et in iis posuit verbum reconciliationis.⁹ Quod adeo verum est, ut qui infelix eos spreverit, Christum ipsum sprevisse dicendus sit; qui autem lubens aurem iis praebuerit, idem, quod Christum ipsum audientibus promittitur praemium, certissime mereatur.¹⁰

455. Recogitent itaque Sacerdotes, ac attente animo volunt, debere se opus ipsis demandatum, salutem scilicet

¹ Joan. xvii., 4.² Ibid., xiv., 2.³ Luc. ix., 12.⁴ Joh. xv., 16.⁵ Ibid. xx., 21.⁶ Matth. xxviii., 19, 20.⁷ Hebr. v., 1.⁸ I. Cor. iii., 9.⁹ II. Cor. v., 19, 20.¹⁰ Luc. x., 16.

animarum, jugiter perficere; non enim sui sed aliorum causa sacerdotes vocati et consecrati sunt. "Habemus duo quaedam," ait praecclare Augustinus, "unum quod Christiani sumus, alterum quod praepositi sumus. Illud quod Christiani sumus propter nos est; quod praepositi sumus propter vos est,"¹ fideles scilicet, quos alloquebatur.

456. Idem igitur quod fecit Christus, facere debent sacerdotes, et eadem potestate, eodem modo, iisdem mediis, eundem in finem. Potestas enim quae in Christo inest, eo quod Deus sit, ab Ipso Sacerdotibus communicatur. Dein, sicut ipse dilexit usque in finem suos qui in mundo erant,² ita et illos "zelus domus Dei comedere" debet.³ Quod ut praestent, viribus omnibus mentis et corporis incumbere debent ad sui immolationem, ac vitae consummationem, si necessarium fuerit, quemadmodum ait Apostolus: "Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris;"⁴ quae omnia eum in finem dirigenda sunt, ut voluntas Dei fiat, ac gloria Ipsius augeatur, qui "omnes homines vult salvos fieri,"⁵ et "glorificatur in consilio Sanctorum."⁶

457. Zelus Sacerdotis, hoc modo instructus, supra humanas vires positus omnino dici debet. Insunt quidem hominum animis veritatis amor, altae cogitationes, desideria eximia; quae non semel fratrum bonum invicto robore, corde impavido, alacri labore quaerunt. Verum haec omnia Sacerdoti Christiano satis esse non possunt. Debent namque naturales illae dotes vitam viresque a Dei gratia accipere. Ea vero "de fontibus Salvatoris"⁷ hauritur; Ipse quippe "vita"⁸ est, qui venit ut sui "vitam habeant, et abundantius habeant."⁹ Adhibeantur itaque media naturalia, facultates scilicet mentis et corporis sensus, omniaque quae illis adjumento esse possunt; multo magis autem media supra naturam adhibere

¹ Serm. De Temp., 165, in Edit. Maur., 46.² Joan. xiii., 1.³ Ps. lxxviii., 10.⁴ II. Cor. xii., 15.⁵ I. Tim. ii., 4.⁶ Ps. lxxxviii., 8.⁷ Is. xii., 3.⁸ Joan. xi., 6.⁹ Ibid., x., 10.

oportet, qualia sunt quæ *gratiæ gratis datæ* vocantur, et *virtutes acquisitæ*; omnia tamen a divina gratia informantur necesse est, quæ ea adjuvet, dirigat, attollatque.

458. Nec in mundo nec in iis quæ in mundo sunt reponitur finis ille, ad quem moveri debet Zelus Sacerdotis Christiani, sed ex "fide quæ per charitatem operatur"¹ derivatur. Fides enim quis sit Deus nos docet; charitas, vero, "quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis,"² efficit ut sicut oportet Deum diligamus. Qui ita Deum diligit, simili amore et se et proximum fovet, et nihil aliud vult, nisi ut semper et ubique Dei voluntas fiat, et omnibus ad salutem perductis, Ejus augeatur gloria. Quapropter Sacerdos Zelo ductus conabitur in primis, ut "certam suam vocationem et electionem faciat;"³ totus deinde in eo erit ut alii ejusdem doni participes fiant. Christus enim, qui exemplar illi proponitur, "dedit Seipsum redemptionem pro omnibus,"⁴ ac ita opus perfecit quod Ipsi a Patre demandatum fuerat.

459. Ut vero rite exerceatur Zelus, Sacerdos ipse impollutus et sanctus esse debet. Ita enim vitam suam moresque informet necesse est, ut aliis non solum prædicando doctor, verum insuper agendo virtutum exemplar esse possit. Non sicut olim Scribæ et Pharisei, esse decet Christi Ministrum, quorum quidem doctrina bona, opera mala fuerunt,⁵ sed plus quam eorum ipsius justitia abundet oportet.⁶

460. Sit itaque Sacerdotalis Zelus purus ac omnis humanæ sordis expers. Gentis nesciat diversitatem; nec originis, coloris, vel conditionis differentias curet. Illi non sit "gentilis et Judæus, Barbarus vel Scythæ, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus."⁷ Non inani vanæ gloriæ fumo delectari, non humanæ laudis desiderio abripi, non

¹ Gal. v., 6.² Rom. v., 5.³ II. Pet. i., 10.⁴ I. Tim. ii., 6.⁵ Matth. xxiii., 2, 3.⁶ Ibid., v., 20.⁷ Col. iii., 11.

etiam de bona hominum opinione sollicitus esse debet. Curam habeat Sacerdos de bono nomine,¹ non ut gloriam habeat penes alios, sed ut melius Dei gloriam promovere possit, Illius ad exemplum qui dixit, "Non quæro gloriam meam."² Sæpius enim vel contemptum vel odium mundi experiatur necesse est Sacerdos, qui Zelo flagret; quod quomodo illi superare poterunt, "qui gloriam ab invicem accipiunt, et gloriam quæ a solo Deo est, non quærunt?"³ Meminerint itaque Dei ministri eorum, quæ dixit Paulus: "Si hominibus placerem, servus Dei non essem;"⁴ ac maximopere curent, ut in omnibus se exhibeant "sicut Dei ministros, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam."⁵

461. Commodis et voluptatibus etiam licitis hujus vitæ capiendis animum non intendet suum, qui vero Zelo ducatur Sacerdos. Neque de favore vel honore, vel loci, aut muneris præstantia sollicitus erit. Etsi enim licite his frui, eaque etiam quâ decet modestia cupere possit, exinde tamen ad zelum exercendum non movetur, neque quæ sua sunt quærît, sed potius quæ Jesu Christi.⁶ Abhorreat etiam a turpis lucrî amore; avaritia enim simulacrorum servitus esse dicitur,⁷ et a sacrilegii et peccati illius, quod Simon magus in mundum invexit, specie non est aliena. Nec unquam metu cogatur, aut ideo tantum agat ut vel aliorum increpationes, vel alia incommoda vitet.

462. Prudens vero et secundum scientiam sit Zelus Sacerdotis omnino oportet. Quid, quando, quomodo loquendum vel palam vel privatim, doceat prudentia, quæ sic eum dirigat, ut non mentis vel indolis impetu rapiatur, non agat animi impulsu vel phantasia ductus; sed, omnibus coram Deo mature perpensis, tempora expectabit et momenta, ut, cum

¹ Eccl. xli., 15.² Jo. viii., 50.³ Ibid., v., 44.⁴ Gal. i., 10.⁵ II. Cor. v., 8.⁶ Phil. ii., 21.⁷ Col. iii., 5.

hora venerit agendi, quieta ac tranquilla mente ea, quæ magis opportuna dijudicaverit, peragere possit.

463. Hæc prudentia “desursum est, descendens a Patre luminum.”¹ Scientiâ vero informatur, quæ partim humana, partim divina est. Scientiam humanam acquirere debet Sacerdos mediis ordinariis, assiduo scilicet labore, et perseveranti studio. “Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent de ore ejus.”² Circa quæ potissimum versari debeat hæc scientia, superius jam dictum est.³ Caveant vero Sacerdotes, ne nimium tempus insumant in legendis ephemeridibus, vel aliis nugatoriis libellis, nec querelis locum dent, quas olim emisit Hieronymus: “Sacerdotes Dei omissis evangelii et Prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere, et quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.”⁴ Monitis potius obtemperent Patrum Toletanorum: “Sciunt Sacerdotes Scripturas Sacras et canones meditentur, ut omne opus eorum in prædicatione divina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.”⁵

464. Adest tamen et alia scientia, humana illâ multo præstantior, quæ, si piæ meditationi et orationi rite incumbat, in animum Sacerdotis infunditur a Spiritu Sancto, cum supernis donis intelligentiæ et sapientiæ, scientiæ et consilii. Hæc ut plenissime illi detur, diu noctuque efflagitet Christi Sacerdos.

465. Zelus insuper patiens sit ac perseverans, in omnibus suaviter et fortiter agens, ac æquo animo ignorantiam, defectus, et vitia aliorum sustinens. Cum quibusdam severus esse debet, Paulo Titum jubente: “Increpa illos dure; argue cum omni imperio.”⁶ At patientia temperandus est hic rigor, ut

¹ Jac. i., 17.

² Mal. ii., 71.

³ Tit. iii., c. 4, De vita et honestate cler.

⁴ Epist. 146, ad Damas.

⁵ Conc. Tol. iv., c. 25

⁶ Tit. i., 13; ii., 15.

idem Apostolus Timotheum monuit: “Increpa in omni patientia et doctrina.”¹

466. Eveniet forte, ut Sacerdos vero Zelo succensus nullo unquam lætari possit successu; non tamen propterea animo dejiciatur, nec a labore cesset neque in eo prosequendo remissus fiat. Sæpius ad Deum pro peccatoribus preces fundat; ac suæ potius quam illorum culpæ infelicem rei eventum referat.

467. Quod Paulus prædixit, jam evenit: “Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa;² a veritate auditum avertent homines, ad fabulas autem convertentur.”³ Eorum tamen recordemur quæ adjecit: “Tu vero vigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple.”⁴ Hæc itaque animo et opere teneamus. Si rei eventus prosperus sit, Deo reddamus gratias, nec nobismet gloriam quæ Ejus est demus; si vero alii meliori nobis successu gaudeant, iis non invidemus, sed lætemur potius Christum annuntiari, et animas salvas fieri. Et si Zelus noster aliis inutilis prorsus esset, nobis tamen maximam feret utilitatem; qui enim hoc Zelo vitam informaverit suam, semper dicere poterit: “Bonum certamen certavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus.”⁵ Fidelis et indefessus operarius in vinea Domini a dicto Prophetæ magnum solatium in omni difficultate capere poterit; “Docti fulgebunt sicut splendor firmamenti; et qui erudiunt multos ad justitiam, sicut stellæ in perpetuas æternitates.”⁶

468. In illud præcipue incumbere debet Sacerdotum Zelus, ut vitia quæ in gregibus pullulant forti manu reprimant, et si fieri possit, radicitus evellant. Ea enim zizania sunt quæ spargit inimicus homo, ut bonum semen suffocent. Quæ si tollantur, uberrimæ efflorescent virtutum segetes, fructum

¹ II. Tim. iv., 2.

² Ibid., iii., 1.

³ Ibid., iv., 4.

⁴ Ibid.

⁵ Ibid., iv., 7, 8.

⁶ Dan. xii., 3.

usque ad centesimum allaturæ. Quæ probe intelligentes decessores nostri, sequentibus decretis pastorum zelum excitaverunt:

469. Dominici festorumque dierum sanctificationem iterum atque iterum populis suæ curæ commissis pastores commendare modis omnibus curabunt, verbi Dei prædicatione, catechesibus, aliisque pietatis Christianæ publicis exercitiis. Moneant frequenter oves suas de vitandis cauponis, et caupones a sacramentis arceant qui potantium excessus fovent, præsertim diebus dominicis.¹

470. Cum immania scandala ex nimia potatione oriantur, hortamur pastores, et per viscera Jesu Christi obsecramus, ut omne studium in ebrietatis vitio eliminando ponant. Eum in finem, laudandum censemus eorum fidelium Zelum, qui ab omni liquore ardenti se abstinent ad excessuum periculum tutius declinandum. Qui autem sponte societatem inter se ineunt, ut mutuis virtutum exemplis sese adjuvent ac roborent, imprimis adhibere debent subsidia illa quæ Christus Dominus in Ecclesia reliquit, quibus vitia humana emendentur, et infirmitas sustentetur; atque oratione, sacramentorum frequenti susceptione, aliisque pietatis exercitiis, auxilium supernum sibi comparare, nec sibi, nec suis propositis, sed Deo, sine quo nihil prodest humanus conatus, fidere.²

471. Novum etiam in dies experiuntur præsertim juvenes peccandi periculum, cum modis omnibus conentur potestates tenebrarum harum eos per sensuum illecebras ad ea, quæ mundi et carnis sunt, Deo posthabito, allicere. Qua in re curare debent Ordinarii, ut animarum pastores oves suas a malo cohibeant. A theatris itaque et scenicis ludis, iis præsertim qui mali et periculi pleni esse noscuntur, prudenter fideles avertant. Curent tamen, ne nimio rigorosas sectando sententias libertatem Evangelicam coarctent. Si qui enim hujusmodi sint ludi, quæ nec peccandi periculo nec scandalo obnoxii sint, iis adstare laicis permitti potest. Inter concionandum vero, generalibus et gravibus verbis in eos ani-

¹ Balt., Num. 52.

² Ibid., 58.

advertant ludos, qui ut plerumque fit, nonnisi peccandi ansam præbent.

472. Choreas immodestas, quæ quotidie magis magisque frequentantur, insectentur ac prorsus damnent. Moneant fideles, quantum non solum in Deum, verum in societatem, et familiam, seipsos denique offendant, qui choreis hisce vel operam dant, vel saltem præsentia sua favere videntur. Parentes præcipue doceant, quam gravis judicii rei fiant, si tenellam filiorum ac filiarum ætatem puritatis et animi candoris amittendi periculo obijciant, tolerando ut hoc modo diaboli laqueis incauti irretiantur.

CAPUT II.

DE MISSIONIBUS INSTITUENDIS.

473. Valde animarum salutis promovendæ prodesset, si in unaquaque diocesi Missionarii instituerentur, quorum vel unicum vel saltem præcipuum officium esset *Missiones*, vel exercitia spiritualia statis temporibus variis per diocesim congregationibus dare, præsertim vero tempore Adventus, et Quadragesimæ, ante puerorum primam communionem, et ante Episcopi visitationem, ac Sacramenti Confirmationis administrationem. Ubicunque ab Ordinariis constituti fuerint hujusmodi Missionarii, pastores animarum in Domino hortamur, ut illorum Ministerii beneficia suis ovibus procurent tempore opportuno. Si vero unquam pastorem aliquem hac in re suo officio deesse contigerit, ab Episcopo cogendus erit ad Missionarios accersendos; quod si non fecerit, ipse Episcopus eos mittat.¹

474. Consultum vero erit, ut ad hoc opus vocentur vel Re-

¹ Vide Constitutionem Benedicti XIV. Gravissimum, De Missionum Utilitate, in Appendice.

gulares, vel Sæculares Sacerdotes, qui Animarum Zelo succensi tam præclaro ministerio totos sese devoveant. Quâ in re opportunum ducunt Patres Ordinarios locorum monere, ut quâ meliori et efficaciore ratione judicaverint ipsi, redditus provideant idoneos Missionariis sustentandis; et quum actu Missionibus dant operam, si quando congregationes illorum expensis solvendis impares forent, atque etiam quum domum redeunt ut vires renovent, orationi insistant, ac studiis necessariis incumbant.

475. Meminerint vero viri illi, qui ad Missionem vocantur, se in auxilium tantum Pastorum arcessiri. In eo igitur toti sint, ut fideles per poenitentiam et bona opera ad sacram synaxim digne recipiendam præparent, nec unquam desint tum publicis concionibus, tum privatis hortationibus, æternas veritates alte in omnium animis imprimere: simul vero ignaros doceant, errantes in viam revocent, ac omnibus media opportuna salutis præbeant. In rebus autem quæ parœciæ curam, vel administrationem respiciunt, ne se immisceant. Cum populo dum agunt, de eo quod laudandum est, disserant; quod ipsis censura dignum videtur, inconsulto Pastore discrete taceant. Si quid vero corrigendum ipsis occurrerit, comiter illud pastori indicent ejusque audiant opinionem; vel, si necessarium judicaverint, ea de re Episcopum certio-rem faciant. “Memores tamen sint conditionis suæ;” et caveant ne inopportuno vel incauto Zelo bonum, quod ex eorum laboribus provenire potest, vel præpediant, vel certe minuant.

476. Diligenter etiam præcaveant, ne illorum ratio agendi ullam vel levissimam turpis lucrî speciem præ se ferat. Quapropter illa omnia sedulo evitent, quæ populi mentibus hujusmodi suspicionem ingerere possent, quæ quidem gravissimo foret Missionis damno. Consultum igitur futurum duxerunt Patres, si antequam prædicti Missionarii Collectas aggredi-

antur, vel etiam libros pios, Rosaria, Cruces, Numismata, aliaque hujusmodi, in Congregationibus ubi fiunt Missiones vel per se vel per alios vendant, tam Pastoris prævium assensum, quam Ordinarii obtineant approbationem.

CAPUT III.

DE CONFRATERNITATIBUS INSTITUENDIS.

477. Zelus Sacerdotis maxime in hoc exhibendus est, ut omni industria adhibita iis utatur mediis, quæ ad homines a peccatis arcendos et ad virtutis exercitium alliciendos pertinent. Inter quæ præcipuum locum habent piæ illæ Sodalitates, seu Confraternitates, quæ ab Ecclesia probatæ, et ex Indulgentiarum thesauro ditatæ, nostri præsertim sæculi malis corrigendis aptissimæ videntur. Viget nunc ubique *associationis* (uti ajunt) studium, per quod homines callidi alios quamplures in ruinam tam temporalem quam æternam facillime trahunt. Si vero recte hæc *associationis* notio intelligatur, ea Catholica prorsus dici debet. Provenit enim ex principiis Catholicæ fidei, quibus omnes Christianæ gentes a primordiis imbutæ sunt, quæ illarum mentibus alte infixæ manent, etiam cum per hæresim ab Ecclesia defecerint. Atque illis quidem præclaris fidei sæculis, quæ falso ignorantia fuisse tempora quidam dictitant, undique vigeant societates, quarum quævis duo commoda nunc plerumque ab invicem divisa præstabat, cum esset simul et pia Confraternitas, et mutui auxilii societas.

478. Cum ultimus Ecclesiæ finis sit salus animarum, fovere debent sacerdotes illas præcipue Confraternitates, quæ pietati conservandæ vel augendæ directe conducunt, et hanc ob

gulares, vel Sæculares Sacerdotes, qui Animarum Zelo succensi tam præclaro ministerio totos sese devoveant. Quâ in re opportunum ducunt Patres Ordinarios locorum monere, ut quâ meliori et efficaciore ratione judicaverint ipsi, reditus provideant idoneos Missionariis sustentandis; et quum actu Missionibus dant operam, si quando congregationes illorum expensis solvendis impares forent, atque etiam quum domum redeunt ut vires renovent, orationi insistant, ac studiis necessariis incumbant.

475. Meminerint vero viri illi, qui ad Missionem vocantur, se in auxilium tantum Pastorum arcessiri. In eo igitur toti sint, ut fideles per poenitentiam et bona opera ad sacram synaxim digne recipendam præparent, nec unquam desint tum publicis concionibus, tum privatis hortationibus, æternas veritates alte in omnium animis imprimere: simul vero ignaros doceant, errantes in viam revocent, ac omnibus media opportuna salutis præbeant. In rebus autem quæ parœciæ curam, vel administrationem respiciunt, ne se immisceant. Cum populo dum agunt, de eo quod laudandum est, disserant; quod ipsis censura dignum videtur, inconsulto Pastore discrete taceant. Si quid vero corrigendum ipsis occurrerit, comiter illud pastori indicent ejusque audiant opinionem; vel, si necessarium judicaverint, ea de re Episcopum certio-rem faciant. “Memores tamen sint conditionis suæ;” et caveant ne inopportuno vel incauto Zelo bonum, quod ex eorum laboribus provenire potest, vel præpediant, vel certe minuant.

476. Diligenter etiam præcaveant, ne illorum ratio agendi ullam vel levissimam turpis lucrî speciem præ se ferat. Quapropter illa omnia sedulo evitent, quæ populi mentibus hujusmodi suspicionem ingerere possent, quæ quidem gravissimo foret Missionis damno. Consultum igitur futurum duxerunt Patres, si antequam prædicti Missionarii Collectas aggredi-

antur, vel etiam libros pios, Rosaria, Cruces, Numismata, aliaque hujusmodi, in Congregationibus ubi fiunt Missiones vel per se vel per alios vendant, tam Pastoris prævium assensum, quam Ordinarii obtineant approbationem.

CAPUT III.

DE CONFRATERNITATIBUS INSTITUENDIS.

477. Zelus Sacerdotis maxime in hoc exhibendus est, ut omni industria adhibita iis utatur mediis, quæ ad homines a peccatis arcendos et ad virtutis exercitium alliciendos pertinent. Inter quæ præcipuum locum habent piæ illæ Sodalitates, seu Confraternitates, quæ ab Ecclesia probatæ, et ex Indulgentiarum thesauro ditatæ, nostri præsertim sæculi malis corrigendis aptissimæ videntur. Viget nunc ubique *associationis* (uti ajunt) studium, per quod homines callidi alios quamplures in ruinam tam temporalem quam æternam facillime trahunt. Si vero recte hæc *associationis* notio intelligatur, ea Catholica prorsus dici debet. Provenit enim ex principiis Catholicæ fidei, quibus omnes Christianæ gentes a primordiis imbutæ sunt, quæ illarum mentibus alte infixæ manent, etiam cum per hæresim ab Ecclesia defecerint. Atque illis quidem præclaris fidei sæculis, quæ falso ignorantia fuisse tempora quidam dictitant, undique vigeant societates, quarum quævis duo commoda nunc plerumque ab invicem divisa præstabat, cum esset simul et pia Confraternitas, et mutui auxilii societas.

478. Cum ultimus Ecclesiæ finis sit salus animarum, fovere debent sacerdotes illas præcipue Confraternitates, quæ pietati conservandæ vel augendæ directe conducunt, et hanc ob

causam plurimis Indulgentiis ab Ecclesia ditatae sunt. Hujusmodi vero sunt:

I. Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, Adorationis Perpetuae, Adorationis Nocturnae, et aliae quae ad Augustissimum Eucharistiae Mysterium referuntur. Optarent Patres, ut hae Sodalitates apud nos in posterum majori ubique studio foveantur;

II. Confraternitas Sacratissimi Cordis Domini Nostri Jesu Christi; cum Ecclesia pronuntiaverit hanc devotionem modo speciali horum temporum necessitatibus convenire;

III. Confraternitates, quae omnibus in locis magno numero in honorem Beatissimae Virginis Mariae erectae sunt, inter quas generaliter loquendo antiquiores antepone praestat; recentiores tamen minime negligantur, quas Indulgentiis Ecclesia locupletaverit, uti, e. g. Rosarii Viventis Societas;

IV. Alacriter item propagandae sunt piæ Societates honori Sancti Josephi, Beatæ Virginis Sponsi augendo; eas enim sibi gratas esse non semel declaravit Summus Pontifex Pius Nonus;

V. Opportunum etiam videtur societates fovere Sanctis Angelis, maxime Custodibus colendis; quam devotionem summopere omnibus inculcant Patres;

VI. Simul, ut plura complectens bona, quae tum ipsi precanti, tum omnibus hominibus praesertim vero peccatoribus, Deo opitulante benevertent, commendant Patres *Apostolatus* (ut dicitur) *Orationis* pietissimum opus, quod jam a SS^{mo} Domino Nostro Pio PP. IX. probatum fuit per Breve Apostolicum Cajetæ¹ datum, dum ibi ab Urbe exul commoraretur, ac deinde per aliud Breve Romæ² editum. Ita enim consilio Apostoli morem gerimus, qui voluit “primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.”³

¹ 19 Aug., 1849.

² 26 Feb., 1861.

³ I. Tim. ii., 1.

VII. Huic valde affinis est alia Societas, precibus fundendis pro conversione ad fidem A catholicorum hujus regionis instituta. Eam jam commendarunt Patres superioris Concilii Plenarii, sequenti decreto:

Commendamus fidelibus, ut societatem ineant, preces fundendi causa, ad A catholicorum omnium qui nobiscum versantur patriæ necessitudine conjuncti conversionem, ut erroribus omnibus rejectis, uno ore glorificent Deum, in fidei unitatem concurrentes. Porro supplicandum Summo Pontifici duximus, ut indulgentiarum concessione foveat hoc pium studium, eas omnibus tribuens qui eum in finem preces fundunt.¹

Tam pium opus, ad quod nos urget vel ipse amor patrius, maxime laudandum censuerunt Patres, simulque vota expriment ut ubique in hisce Provinciis instituantur.

VIII. Omni insuper studio prosequendas declarant illas Societates quae simul et pietatem foveant, et augmentum religionis, atque Ecclesiae dilatationem. Inter quas eminet Societas Fidei Propagandæ, quae maxime Catholica est, et a qua tot ac tanta bona in rem Catholicam in his regionibus jam derivata sunt. Eam, ut par est, commendarunt decedentes nostri in primo Concilio Plenario, hisce verbis:

Hortantur Patres ut ubique per hasce Provincias pia ad propagandam fidem Societas extendatur ac promoveatur, quae in Galliis cum tanto religionis profectu existit.²

Huic affinis est Societas Sanctae Infantiae. Praecipue vero laude ac commendatione dignissimam duxerunt Patres Sancti Petri Archiconfraternitatem, cujus utilitatem, immo necessitatem alio in loco jam inculcarunt.

IX. His demum adjungendae sunt Societates quae simul operibus pietatis incumbunt, et opera misericordiae, sive quae animas sive quae corpora juvent, exercent. Inter illas primo

¹ Balt. Num. 98. SS^{mo} Dominus Noster Pius PP. IX. petitioni superius expositae benigne annuit, atque indulgentias nonnullas in perpetuum concessit, die 5. Septembris, 1852. — Vide Appendicem, num. xxxiv.

² Ibid., 97.

venit Societas a S. Vincentio a Paulo dicta, quæ late diffunditur, temporum nostrorum adjunctis aptissima est, et uberrimos fructus non una in regione jam tulit.

479. Sunt plures ex supradictis societatibus quæ tum viros tum fæminas complectuntur, aliquibus mulieres excludentibus. Omnino itaque instituendæ et fovendæ esse videntur piæ mulierum Sodalitates, quæ necessitatibus tum spiritualibus, tum corporalibus, maxime sequioris sexus, efficacius provideant, infantibus, pueris et puellis præsertim orphanis, ægrotantibus, senibus, pauperibus, omnibus demum egentibus vitæ necessaria suppeditantes, et de iis præsertim curam gerentes qui vel de fide vel de praxi religionis periclitantur.

480. Cum vero manifestum Patribus sit piæ societates magno numero et diversa forma instituendas esse in unaquaque diocesi, pro diversis locorum et temporum necessitatibus, hæc regulæ generalis instar in earum moderamen notare voluerunt.

I. Novæ societates non instituantur, si veteres sufficiant. Si enim facilius aures præbeantur novitati, veteres societates certo periclitabuntur, novarum successus anceps erit.

II. Sacerdos novam non instituat societatem, nisi veniâ præhabita Episcopi, quæ in scriptis dari et servari debet.

III. Si novas societates instituere necessum sit, adhibeantur, in quantum fieri possit, veterum regulæ et agendi praxis, ut Indulgentias quibus istæ auctæ sunt, novi socii lucrari possint.

IV. Societas nova ab Episcopo ne probetur, quam non constat esse prorsus Catholicam, tum quoad finem quem sibi præstituunt socii, tum quoad leges quibus devinciuntur, et quæ absolute auctoritati canonice Episcopi non subjaceat. Alias tolerare forte quandoque licet, ast minime probandæ sunt.

481. Optimum etiam fore duxerunt Patres si, ut mos erat

avitæ fidei sæculis, Operariorum Sodalitates, quæ in mutuum auxilium inter ipsos coalescunt, reduci ad normam Catholicam possent, et Ecclesia benedicente institui. Sic enim quæ sæpe exinde oriuntur mala præcaverentur; plura vero bona spiritualia et temporalia perciperentur.

482. Demum, ut ad piæ sodalitates fideles alliciantur, exteriora adhibeantur media oportet; celebrentur scilicet earum festi dies speciali cum solemnitate; appositæ illis fiant instructiones; in processionibus, et aliis Ecclesiæ cæremoniis, quantum per rubricas liceat, locus proprius illis detur; omnis tandem honoris illis deferendi occasio arripiatur. Sic enim iis dilatatis, bona obvenient quamplurima; magno vero adjumento pastoribus animarum piæ illæ Sodalitates erunt.

CAPUT IV.

DE NIGRORUM SALUTE PROCURANDA.

483. Cum Pastorum sit totius gregis sibi crediti curam gerere, speciatim illis onus incumbit pro iis invigilandi qui vel majori periculo exponuntur, vel minori virtute præditi difficilius Satanæ conatibus resistere possunt. "Debemus" enim "nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere;"¹ et quantum in nobis est, omnibus, pro quibus Christus sanguinem fudit, redemptionis beneficia exhibere.

484. Libenter itaque iis assentimur, quæ de salute et Christiana educatione emancipatorum Nigrorum uniformi ratione procuranda habentur in Instructione ab Emo. Cardinali Præfecto Sacræ Congr. de Propaganda Fide, data² ad R^{mm} Delegatum Apostolicum pro hoc Concilio Plenario habendo.

¹ Rom. xv., 1.

² 31 Jan., 1866. Refertur, *supra*, in Actis.

Ut enim ibi dicitur, “de ea re agitur, quæ summæ prorsus necessitatis est; cui nisi statim provideamus, tantam messem in horrea Christi colligendo, hominum inimicorum fraudibus, ac cupiditati, irreparabili plane damno objiciemus.” Et sane cum quotidie videamus heterodoxos homines nulli labori parere, ut erronea de religione placita mentibus Nigrorum inserant, nos, qui Christi boni Pastoris ministri et adjutores sumus, vel per segnitiam vel per incuriam eos deserere, prorsus dedeceret. Hæc enim est vera charitas, si non bona tantum temporalia hominibus augeantur, verum si participes fiant summi illius ac pretio omni majoris beneficii, libertatis scilicet illius veræ, quâ filii Dei nominamur et sumus, quam Christus moriens in cruce, veteri hoste profligato, omnibus nullo excepto hominibus comparavit.

485. At vero diu collatis, ut rei magnitudo postulabat, consiliis, id certum omnino videtur, non uno eodemque modo in omnibus nostris diocesisibus agi hæc in re posse. Aliter enim alii homines judicia ferunt; alia aliis in locis sunt rerum adjuncta, aliæ difficultates quæ erunt superandæ, alia media quæ forte præsto erunt. Vix igitur et ne vix quidem, in tanta regionum amplitudine et diversitate regula generalis statui potest. Unde melius videtur si Ordinariorum zelo ac prudentiæ decernendum relinquatur, quid in diversis locis in bonum Nigrorum sit agendum. Si itaque, omnibus bene perpensis, Ordinario in Domino videatur saluti Nigrorum profuturum, ut ecclesiæ separatæ pro ipsis construantur, omnino laudandus erit, qui hoc opus, debita cum licentia, fuerit aggressus. Si vero alibi consultius judicabitur Nigros potius invitare ad ecclesias jam erectas simul cum aliis frequentandas, curet Ordinarius id ea fieri ratione, ut amplius nulli accusationi vel accusationis prætextui Ecclesia subjiciatur. Hoc enim graviter onerat conscientiam nostram, ut omni ad Christum accedere volenti pateat aditus; omnibus petentibus

præsto sint, qui sacramenta ministrent; ac omni modo provideatur locus, in quo omnes, qui volunt, diebus Dominicis ac festis Missæ tremendo sacrificio adstare possint. Quod si per socordiam præstitum haud fuerit, opprobrium maximum is merebitur, qui officii oblitus, media salutis omnibus petentibus non præbuerit, sive nigri sint illi, sive alii, qui ob ejus incuriam perierint. Judicem enim olim habebit Illum, “qui pusillum et magnum fecit, et cui æqualiter cura est de omnibus.”¹

486. Sed jam nos docuit Christus, pastori bono non satis esse de iis qui sunt in ovili curam habere, vel etiam ostium apertum tenere ita ut omnes ingredi possint. Si enim vel unam ovem perdiderit, alias dimittens, eam quærens per aspera vadit et montana loca, frigoris vel caloris intemperiem nihili facit, dura quæque et ardua superat, donec tandem lætus redeat inventam super humeros ferens. Neque nos igitur contenti esse debemus, si volentibus præsto simus; sed et nolentes compellendi sunt, ut intrent, et cœnæ magnæ assideant.²

487. Maxime itaque in votis habemus, ut viri Apostolici missiones in locis ubi abundat multitudo Nigrorum instituunt, ad quas istius coloris homines invitent. Si enim omnibus methodus ista Verbi Dei prædicandi plura affert bona, iis potissimum proderit, qui rerum divinarum ignari, et res omnes sensibus metientes, acriori indigent stimulo, ut ad cœlestia percipienda se tandem erigant. Ordinarios itaque locorum, animarumque pastores in Domino hortamur atque obsecramus, ut nulla morâ interposita, missionum beneficia Nigris, qui illorum curæ demandati forte sunt, omnino procurent.

488. Attamen probe novimus difficultatem maximam in eo esse sitam, quod sacerdotes tanto numero non habeamus, ut magnum hoc opus rite ubique instituatur. “Pâruli petunt

¹ Sap. vi., 9.² Luc. xiv., 16-23.

panem, et non est qui frangat eis.”¹ Præcipue itaque curandum, ut operariorum numerus augeatur. Sacerdotes per viscera misericordiæ Dei nostri rogamus et obsecramus, ut quantum in ipsis est, huic operi vires, tempus, seipsos denique totos, si fieri potest, devoteant. Superiores ordinum Regularium aliquos ex suis alumnis designent, qui in auxilium veniant Episcoporum; sacerdotes sæculares, quos in hoc opus Dominus vocaverit, omnibus aliis relictis, Nigrorum saluti procurandæ, debita præhabita Ordinarii venia, se totos tradant. Si qui etiam ex sacerdotum copia, quâ regiones Europæ Catholicæ lætantur, Dei spiritu moti nobis auxilio esse velint, illis in memoriam revocamus messem quidem multam hic esse, operarios autem paucos.

489. In hac autem re, sicut in aliis similibus apud nos, præsertim juventuti ad veram pietatem educandæ incumbendum est. Hi enim, si veritates religionis a teneris annis edoceantur, ac si eorum animi ad eam quam decet normam efformentur, primo pueri devoti, postea vero homines vere Christiani erunt. In id etiam totum incumbit sectariorum studium, ut per scholas (quas vocant) libertorum, puerorum puellarumque animis errorum portenta, quæ ipsi tenent, alte imprimant. His itaque conatibus pro virili est obsistendum. Quam rem zelo ac charitati commendamus Ordinum Religiosorum utriusque sexus, qui ex instituto pauperibus educandis operam dedant. Seges namque uberrima ipsis colligenda offertur. Quod si tantam salutis alienæ procurandæ occasionem neglexerint, quomodo effugient!² Volumus itaque ut, ubicumque id fieri poterit, scholæ Catholicæ pro Nigris statuuntur.

490. Ex peculiaribus vero rerum adjunctis in quibus versantur Nigri emancipati, timendum etiam est, ne plures ex eorum parvulis orphani fiant, quibus providere omnino

¹ Thren. iv., 4.

² Hebr. ii., 3.

debemus. Locorum itaque Ordinarios adhortamur, ut ubi hujusmodi orta fuerit necessitas, opportunis charitatis Christianæ remediis illi occurrere satagant. Illi vero viri vel mulieres religiosi, qui orphanorum istorum curam gesserint, benedictionem uberrimam a Domino obtinebunt; Christum siquidem ipsum, in parvulis ejus omnium maxime derelictis, hospitem collegerint ac nudum cooperuerint.¹

491. Demum, de hisce omnibus, necnon et de meliori atque efficaciori methodo Nigrorum Salutem promovendi, cum varia variis in locis forent forte præscribenda, censuerunt Patres, in Conciliis Provincialibus proxime habendis, maxime vero iis in Provinciis ubi hujusmodi Nigri majori numero versantur, esse diligenter pertractandum.

¹ Matth. xxv., 34, 35.

TITULUS XI.

De Libris et Ephemeridibus.

CAPUT I.

DE FUGIENDA PRAVORUM LIBRORUM LECTIÖNE.

492. Ex arte typographica, quemadmodum ex tot aliis egregiis recentiorum sæculorum inventis, plurima et præclara in literas, scientias, Religionem ipsam, atque adeo in universam hominum vitam atque societatem commoda redundasse, nemo est quin compertum habeat ac libens fateatur. Atque utinam mirabili hoc opere et artificio, quo scripta pene incredibili celeritate multiplicantur et ubique locorum diffunduntur, studiosi ac periti homines unice ad augendam Illius laudem, a quo descendit "omne datum optimum et omne donum perfectum,"¹ ad animarum salutem promovendam, ad honeste delectandum ac docendum uterentur! Utinam ii tantum libri, qui ad pietatem ac sanctos mores instillandos tutandosque, ad artes literasque humaniores excolendas et ornandas, ad sacros codices et divina eloquia vulganda illustrandaque, denique ad SS. nostram Religionem prædicandam atque amplificandam facerent, prælo committerentur! Tunc enim, in Evangelio pacis disseminando Deique regno in terris longe lateque propagando, sacrorum præconum ac Dei minis-

¹ Jac. i., 17.

trorum quasi socios et æmulos typhothetas haberemus. Atque ita quidem facillima et tutissima omnibus pateret via ad cœlestem illam sapientiam, quæ optima est humanæ vitæ dux et magistra, assequendam et arripiendam. Hæc quippe est sapientia vera, maxima, unica, quæ nos Deo caros acceptosque reddit, quæ tanquam clarior ipsa luce et sole speciosior a divinis Scriptoribus prædicatur; quæ hominem in operibus sobrie deducit, eumque potentia sua custodit; quæ filiis suis vitam inspirat, inquirentes se suscipit et præit in via justitiæ; quæcum denique habitandum est ut a Deo diligamur, vitæque æternæ hæreditatem adipiscamur.¹

493. Verum proh dolor! egregiam hanc artem, vel ab ipsis repertæ typographiæ exordiis, vaferrimus ille Dei hominumque hostis totam ad se rapere et in usus suos convertere studuit. Et sane vix credibile dictu est, quos sæculo decimo sexto progressus hæreses habuerint, quot animarum strages ediderit infernus ille prædo et homicida, ingeniosæ hujus ac prope divinæ artis beneficio. Tanta est humanæ naturæ imbecillitas, tanta Dæmonis in perdendis hominibus a Christo redemptis constantia et malignitas! Quod si superioribus sæculis homines, Dæmonis astu illecti et abrepti, tam præclaro Dei dono tam turpiter abusi fuerint; quid de pessimo hoc miserrimoque, quo vivimus, sæculo dicendum est, quo non jam libertas, sed effrænata scribendi quæ libeat typisque imprimendi licentia, instar fluvii ruptis aggeribus ripas prætergressi, in immensum excrevit, totumque, qua late patet, orbem impiis, pestiferis, in probos mores, Ecclesiam, Deumque ipsum injuriosis et contumeliosis scriptis inundavit?

494. Et re quidem vera inter innumera, quæ hac ætate quaquaversus grassantur, mala, nullum est quod magis lacrymis plorari debeat, nullum quod majus fidei ac moribus Christifidelium detrimentum inferat, quam "teterrima illa tot

¹ Sap. vii., 28, 29; ix., 11. Eccli. iv., 12-14.

undique volantium et peccare docentium voluminum ac libellorum contagio, qui apte compositi ac fallaciæ et artificii pleni, immanibusque sumptibus per omnia loca in Christianæ plebis interitum dissipati, pestiferas doctrinas ubique disseminant, incautorum potissimum mentes animosque depravant.”¹ Etenim quotidie prostant sub omni forma, vilique pretio circumferuntur pravi libri, libelli, novellæ, nec non et ephemerides, quæ ab omnibus fere teruntur. Quodque maxime dolendum est, nonnulli ex his libris, novellis, diariis, foliis publicis, aliisque hujusmodi, quorum scriptores Religionem ac morum honestatem, si non aperto Marte, at insidiosè et quasi cuniculis aggrediuntur et evertere student, a Catholicis hominibus emuntur, aut eorum ære collato juvantur et sustentantur, in eorum domos recipiuntur, et ab eorum liberis et domesticis lectitantur. Lugenda sane istorum parentum est cæcitas, qui sibi suisque foveam suis ipsi manibus fodiunt ac ruinam parant! Quid mirum enim, si hinc, sprete religione et excusso quolibet modestiæ et verecundiæ fræno, præter peccata plurima et scandala, sequatur etiam casus in præceptis interitusque familiarum? Neque enim ita “potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant.”²

495. Quum igitur nostri muneris sit huic malo pro viribus mederi, hoc grave periculum omni quo possumus studio a gregibus nobis concreditis propulsare et avertere, singulos animarum Pastores enixe hortamur et obsecramus, ut fideles sibi commissos ac præsertim patresfamilias sæpe graviterque moneant, ut libros quoscumque, quibus Religio aut boni mores lædi ac violari possunt, procul a se suisque domibus arceant, seduloque invigilent, ne filiorum aut domesticorum manibus terantur. Serio iis in mentem revocent B. Pauli

¹ SS. D. N. Pius PP. IX, in Ep. Encyclica “Qui pluribus,” die 9. Nov., 1846.

² Prov. vi., 27.

verba, qui negligentès et ignavos parentes quasi ejuratæ fidei reos arguit: “Si quis suorum et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.”¹

496. Inter libros qui in scholis pro adolescentibus instituendis adhibentur, nonnullos sæpe invenire licet, qui, cæteroquin præstantissimi, Ecclesiam Catholicam, ejusque res gestas, mores, instituta, præclaros viros aut inepte velliant, aut fœdissimis calumniis et contumeliis proscindunt. Hos antequam ad puerorum manus deveniant, ne venenum incautis propinetur, diligenter expurgandos jussit Concilium Baltimoreense I.:

Statuimus, quamprimum edendos in scholarum usum, erroribus omnino expurgatos, atque judicio Episcoporum approbatos libros, quibus nihil contineatur quod Catholicæ fidei odium vel invidiam parere possit.²

497. Utque libris in scholarum usum aut veteribus emendandis, aut cudendis novis, certa quadam ac stabili ratione provideretur, in eodem Concilio decretum hujus tenoris latum est:

Visum est Patribus, munus seligendi, componendi vel corrigendi libros in Catholicorum collegiorum et scholarum præsertim usum, et ut ab omni errore contra fidem expurgati in lucem edantur curandi, committere Præsilibus, pro tempore existentibus, trium collegiorum in Archidiocesi Baltimoreensi, nempe S. Mariæ Baltimorensis, S. Mariæ apud Montes, et collegii Georgiopolitani. Sanxerunt etiam Patres, ut hi libri cum approbatione duorum saltem ex Præsilibus prædictorum collegiorum, atque ex auctoritate Archiepiscopi Baltimorensis, typis mandentur; operam omnem se adhibituros pollicentes, ut in collegiis, scholis, et ubique apud fideles, recipiantur.³

¹ I. Tim. v., 8.

² In fine Decr. Balt., 34, jam sup. majori ex parte allati.

³ Ibid., 38.

CAPUT II.

DE BONIS LIBRIS DISSEMINANDIS.

498. Quod si perversos libros et libellos omni, quâ pollemus, vi e medio tollere debeamus, nihil ex parte nostra præmittendum oportet, ut libri salubres, sanæ doctrinæ, et qui vere prosint legentibus, locum pravorum suppleant vel præoccupent. Quod Patrum Concilii Baltimorensis I. provida mens jam viderat, atque hoc lato decreto perficiendum curaverat:

Insuper, sapientissimis monitis Summi Pontificis Leonis XII. fel. mem. ad Archiepiscopum Baltimorem directis obsequentes, statuimus societatem quamdam ad disseminandos libros Catholicos instituendam, quæ ex prælatis hujus provinciæ, et aliis quos sibi adseiscant, constet.¹

499. Maxime igitur in votis habemus, ut piæ hujusmodi Societates ubique existant, ad libros bonos ac tractatulos, ut nostrates loquuntur, Catholicos edendos et disseminandos, tam parva mole et exiguo pretio, ut ab omnibus facile comparari queant. Eos insuper viros, sive clericos sive laicos, qui necessariis dotibus pollent, in Domino provocamus et incitamus, ut, quocumque potuerint modo, sive scribendo, sive adjuvando scriptores, in propagationem Fidei Catholicæ morumque honestatis vires impendere non detrectent.

500. Quum vero non multo ante Societas quædam, quæ vulgo "Catholic Publication Society," (seu pro libris Catholicis evulgandis) appellatur, Neo-Eboraci instituta fuerit, et hucusque laudabili diligentia, constantia, et non mediocri utilitate hunc in finem laborarit, eam omnino dignam judicamus, quæ Antistitum, Sacerdotum, et Catholicorum omnium

¹ In fine Decr. Balt., 35.

industriis, opibus, studiisque foveatur. Quo melius igitur atque certius ejus fructus et utilitates per universam hanc regionem propagentur, haud inopportunum ducimus Præsules monere et hortari, ut in singulis diocesis ejusdem Societatis aggregationes seu affiliationes constituentur, cujus præfecti, sive alius cujuslibet nominis officiales, libris ibi in lucem edendis, aut aliunde allatis, in vulgus disseminandis invigilent. Quoniam vero sine magna pecunia hæ Societates ali et sustentari vix possint, ne deficient et optato successu fraudentur, iis providendum erit, aut per collectas semel quotannis, tempore ab Ordinario designando in præcipuis Ecclesiis faciendas, aut alio quocumque modo, quem Ordinarius magis expedire judicaverit.

501. Quas quidem Societates nos eo majori studio atque animi alacritate tueri, juvare, et propagare decet, quo magis in dies augentur conatus et prope incredibilis diligentia impiorum hominum et sectariorum, qui omne tempus, ingenium, pecunias, studia, labores eo conferunt, ut detestabiles contra Deum, Sacrosanctam Ejus Ecclesiam, moresque honestos, libellos, numero fere infinitos, ubique locorum disseminent. Ecquis est, qui nesciat nostros ex omnibus fere sectis hæreticos eundem in finem conspirasse, atque in immensam quandam coisse societatem, linguis quidem inter se Babelitarum more discordes, at contra relictam in terris a Deo veritatis Cathedram unanimi foedere conjunctos; qui hoc sibi propositum habent, ut quod Infernus fur et homicida insidiis suis artibusque nondum est assecutus, ipsi libellis suis et tractatulis perficiant, animasque Catholicorum deleta fide, sine qua nemo Deo placere et juste vivere potest, in perpetuum interitum aucupentur. Atque horum quidem opuscula, blasphemis et mendaciis referta adversus Ecclesiæ doctrinam, ritus, et instituta, ubique gentium videre licet, vilissimo aut nullo pretio lectoribus exposita; neque inter heterodoxos tantum, sed et

inter Catholicos Europæ populos, et inter Sinas, Indos, aliasque dissitas extremi orbis nationes. Documento igitur nobis sint hostes ipsi, quâ diligentia, quo animi ardore, quâ constantia "bonum certamen fidei"¹ certare debeamus. Haud multum sane laudis in eo est, ut, quod impii homines in causa pessima faciunt, nos in optima faciamus, quemque ii in perdendis animabus impendunt laborem, nos eundem in servandis impendamus: at eos ne ulla quidem ex parte æmulari, turpissimæ ignaviæ est.

CAPUT III.

DE LIBRIS INTER PRECANDUM ADHIBENDIS.

502. Libri Precum, seu precatorii, apud nos eo numero jam circumferuntur, ut, si querelæ locus sit, eorum potius abundantiam quam inopiam conqueri debeamus. Quod vero de multiloquio monent Sacræ Literæ,² nempe in illud facile vitia posse irrepere; id in maxima, quâ obruimur, piorum librorum multitudine, haud semel evenire experientia compertum est. Typographi enim suo genio indulgentes, aut imprudenti scriptorum pietati inservientes, nonnullos aliquando hujusmodi libros suo arbitrio ediderunt, in quibus reperiuntur quædam ineptæ et minus decentes, interdum etiam insulsæ et inficetæ orandi formulæ et Litanie, quæ cordatioribus nauseam et bilem moveant. Jam vero Ecclesiæ lege, libri ad Religionem et Dei cultum spectantes sine Ordinarii approbatione prælo committi vetantur: quod si, Episcopo inconsulto aut invito, in lucem prodierint, eorum lectione abstinendum est. Quod omnibus in memoriam hoc decreto revocavit Concilium Baltimoreense I.:

¹ I. Tim. vi., 12.² Prov. x., 19.

Quoniam multa incommoda jam orta sunt, et in posterum oritura videntur, ex eo quod in diversis hujus provinciæ (Regionis) diocesisibus diversi catechismi et libri precum adhibeantur, privata auctoritate editi, * * * * * moneant (Episcopi) fideles ut a precum libellis, qui sine Ordinarii approbatione a privatis quibuscumque in lucem editi circumferuntur, abstineant.¹

503. Ne vero laudabilis typographorum industria, aut pius scriptorum animi ardor ac devotio extra debitos prudentiæ limites vagaretur, sequenti decreto, provisum voluerunt:

Consulendum Episcopis, ut in suis quisque diocesisibus unum aut plures sacerdotes scientia theologiæ insignes designent, qui examini subjiciant libros precum, aut aliter ad religionem pertinentes, priusquam ab Ordinario aut Vicario ejus generali approbatione fidelibus commendentur. Optandum etiam, ut praxis aliorum quam Ordinarii loci, ubi hujusmodi libri publici juris fiunt, approbationem petendi in desuetudinem abeat.²

Quod decretum iterum confirmamus, atque ita ampliamus, ut omnes Episcopos obligandi vim habeat, in quorum diocesisibus sint præla aut typographeæ Catholica.

504. Curetur etiam, ut in hujusmodi libris examinandis et corrigendis, Theologi examinatores styli defectibus ac vitiis, quæ nonnunquam graviora sunt, et nobis quandoque ab A catholicis vitio vertuntur, sanandis medicas manus adhibeant. Diligens quoque in eo ponatur opera, ut ne quævis Litanie in honorem Sancti cujuslibet concinnatæ temere admittantur: sed fiat delectus, et iis quæ orthodoxæ fidei maxime conformes fovendæque pietati aptiores videantur, cæteris exclusis, locus concedatur. Quæ tamen sedulo, ita ut discrimen facile ab omnibus dignoscatur, separandæ sunt et distinguendæ a tribus illis Litanis, Sanctorum scilicet, Beatæ Mariæ Virginis, et Sanctissimi Nominis Jesu, quas probavit atque indulgentiis ditavit Ecclesiæ.

¹ Balt., Num. 32.² Ibid., 85.

CAPUT IV.

DE EPHEMERIDIBUS.

505. Quæ superius de libris, sive bonis, sive malis diximus, ea pariter Ephemeridibus seu Foliis publicis aptari facile possunt. Harum quoque nonnullæ impiæ sunt et execrabiles, aliæ quamplurimæ ad mores corrumpendos maxime idoneæ; paucae quædam e contra, quæ utcumque tolerari possint, paucissimæ omnino, quæ laudem et commendationem mereantur. Earum, quæ improbæ sunt, lectio a Pastoribus animarum omnino cohibenda est; caute tamen et prudenter, neque semper nominatim, ne juniorum aut rudiorum animi ad avidius legendum hac ratione inflammentur. Bonas vero et in bonum Religionis animarumque spirituale emolumentum conscriptas sive consarcinatas commendent, et a suis sustentandas, legendas, et disseminandas curent.

506. Evenire aliquando potest, ut Folia publica a Catholicis viris scripta aut directa, in bonum Catholicæ fidei indirecte vertant. Ne tamen ea, quæ ipsi politicarum partium studio ducti conscribunt, Religioni Catholicæ aut Ecclesiasticæ auctoritati tribuantur, ut a malignis quibusdam adversariis aliquando fit, id omnibus notum et manifestum esse volumus, nullam a nobis Ephemeridem pro Catholicâ agnosci, quæ non Ordinarii approbationem præ se ferat.

507. In pluribus diocesis extant Ephemerides quædam, quæ vel ipso nomine Catholicas se profitentur, quæque Ordinarii approbationem quodammodo præ se ferunt. Iis enim veluti mediis et instrumentis utitur Episcopus, quibus clero ac populo mentem suam ac mandata significet. Hinc vulgato apud nos loquendi more, *Organa Officialia* (Official Organs) vocantur; quasi singulis earundem paginis ac lineis, ipse qui

Episcopali dignitate et officio fungitur, gregem suum alloquatur ac doceat. Quæ sane opinio, falsa illa quidem, sed ex male intellecti nominis errore orta, fere omnium, præsertim hæreticorum, mentes pervagata est. Ex quo nasci solet incommodum neque leve, neque diutius ferendum; dum scilicet ea omnia quæ ab harum Ephemeridum seu Foliorum scriptoribus, humani aliquid forte patientibus, falso, inconcinne, intemperanter dici possunt, ipsi Episcopo quasi vi officii sui populos docenti tribuuntur.

508. Ut igitur in posterum Episcopale officium ac munus hoc onere atque incommodo levetur; ut vera *relatio*, ut loquuntur, Ordinarii ad Folia Ecclesiastica seu Ephemerides Catholicas recte et perspicue intelligatur; ut demum nullus aut nostris aut adversariis supersit dubitandi aut cavillandi locus, Patres hujus Concilii Plenarii profitentur atque declarant, approbationem Ordinarii, quæ de more Foliis Catholicis datur, nihil aliud sibi velle, quam judicare Episcopum nihil a scriptoribus contra fidem et mores proferri, spem quoque bonam se habere nihil in posterum proferendum, eosque esse redactores quorum scripta ad ædificationem utilia esse possint: Episcopum vero neque posse neque debere respondere ac rationem reddere de iis universe, quæ in hujusmodi Foliis habentur, sed de iis tantum, quæ vi officii sui docendo, monendo, jubendo, aut vetando in vulgus ediderit, et quibus sua ipse manu subscripserit. Atque hæc quidem posthac in Pastoralis hujus Concilii epistola Anglico sermone conscribenda, ut ad omnium ad quos spectat notitiam deveniant, disertius ac fusius commemoranda atque explicanda decernimus.

509. Arbitrati sunt nonnulli e re Catholica fore, si habeatur Ephemeris quædam Religioni Catholicæ explicandæ, illustrandæ, vindicandæ unice dedita, cujus dominium, et administratio sint penes Archiepiscopos Baltimorem et Neo-Eboracensem, aliosque, si videbitur, Metropolitanos; quæque

omnium Episcoporum studiis commendata et subsidiis adjuta, tandem numeris omnibus absoluta evadat. Reditus inde provenientes, siqui supersint, cedere possent in bonum Societatis pro libris Catholicis vulgandis (Catholic Publication Society), aut cujusvis alius, quæ in communem utilitatem fuerit instituta. Alii utilius futurum existimant, si loco Ephemeridis hebdomadalis, majori mole, quater in anno edendam Recensionem quandam (Quarterly Review), Acta scilicet Literaria scriptis recensendis castigandisque, haberemus. Ordinarium judicio res tota relinquitur.

510. Confirmantur hæc omnia gravissimis SS^{mi} Domini Nostri Pii PP. IX. verbis nuperrime prolatis, quibus mala ex pravarum Ephemeridum lectione orta commemorat, eorumque studium commendat ac laudat, qui funestæ huic pesti per bonas ac Catholicas Ephemerides remedium aliquod afferendum curant:

“Incredibili certe animi Nostri mœrore * * vidimus et lamentati sumus maxima et nunquam satis lugenda damna et mala, quæ asperrimis hisce temporibus Catholicæ Religionis, ac vel ipsi Civili Societati inferuntur ab omni justitiæ ac veritatis osoribus, per pestiferos libros, libellos, et præsertim Ephemerides perniciosissimis quibusque erroribus pravisque doctrinis plenissimas, ac acerrimo planeque diabolico contra divinam nostram Religionem odio conscriptas, ac longe lateque in vulgus editas ac disseminatas. Itaque inter alia haud omisimus viros pietate, ingenio, sanaque doctrina præditos etiam atque etiam excitare, ut, sub proprii potissimum Antisittis ductu, suis scriptis augustam nostram Religionem defenderent, ejusque oppugnatores refutarent, ac tot monstruosa illarum opinionum portenta detegerent, refellerent, profligerent, et incautorum præsertim hominum, ac imperitiæ juventutis cereæ in vitium flecti, mentes animosque veritatis lumine illustrarent. (Alloc. 20 April., 1849.) Ac non mediocri

certe afficimur lætitia, cum complures ubique surrexerint viri, qui Nostris hisce exhortationibus ac votis perlibenter obsequentes, et egregio erga Catholicam Ecclesiam et hanc Sanctam Sedem studio animati, idoneis scriptis teterrimam tot serpentium errorum colluviem, ac funestam pravarum Ephemeridum pestem propulsare, et veritatem justitiamque tutari, cum sui nominis laude non desinunt.”¹

¹ Literæ Apostolicæ, 12 Feb., 1866.

TITULUS XII.

De Societatibus Secretis.

CAPUT UNICUM.

511. Societates Secretas, quæ in tenebris se occultant, ut adversus Ecclesiæ vel civilis societatis bonum securius moliantur, semper damnavit Ecclesia Catholica. Liberorum enim Muratorum sectam, seu Masonicam, jam inde ab anno 1738 edita Constitutione Apostolica Romanus Pontifex Clemens XII.¹ gravissima censura notavit: quæ sententia deinde per Summos Pontifices Benedictum XIV., Pium VII., Leonem XII., et Pium VIII. specialibus Constitutionibus renovata, confirmata, et ampliata fuit.

512. Neque neglexit Pontifex feliciter regnans huic gravissimo nostrorum temporum malo, omni quo posset modo occurrere. Nam in speciali hac super re Allocutione, eam esse Ecclesiæ mentem declarat, ut Masonica "aliaque ejusdem generis Societates, quæ specie tenus diversæ in dies coalescunt, quæque contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam seu clandestine machinantur,"² reprobentur prorsus ac condemnentur. Simul vero iis aggregati, vel quomodocumque faventes, gravissimis plectuntur Ecclesiæ penis, nominatim

¹ Const. In eminenti, die 28. April., 1738.

² Ex Allocut. Pii PP. IX., in Consist. Secr., 25 Sep., 1865.

vero excommunicatione, ipso facto incurrendâ, a qua absolutionem extra mortis articulum, nonnisi ab ipso Romano Pontifice, vel ab illo delegatis obtinere possunt. Quas quidem Cathedræ Principalis declarationes debita cum reverentia suscipientes, harum provinciarum Antistites, jam in Concilio Baltimorensi IV., decreto septimo, arcere conati erant fideles sibi commissos a tenebrosis hujusmodi sectis; quod decretum hisce verbis prolatum fuit:

513. Propter gravissimas rationes vetuerunt SS. Pontifices, ne fideles Secretas Societates quovis nomine nuncupatas ineant, jurejurando sese adstringentes ad arcana servanda. Nam fœdera hujusmodi clanculum inita, mali suspicionem et periculum præ se ferunt, et jusjurandum temere adhibetur. Idcirco monemus sacerdotes omnes, neminem posse absolutione sacramentali donari, nisi ab hujusmodi Societatibus prorsus recedat. Hortamur autem, et in Domino obsecramus fideles omnes, ut occulta illa fœdera omnino declinent, mente revolventes se Christi membra esse, et Ecclesiæ quæ mater nostra est mandatis teneri, eosque ut filios lucis debere ambulare, juxta sanctissima et divina illa documenta quæ Christus Dominus tradidit.¹

514. Cum autem de sensu, quo Constitutiones Pontificiæ intelligendæ essent, omnes non prorsus convenirent, Franciscus Patritius Kenrick, Philadelphiensis tunc Antistes, S. Sedem consuluit de "Sociis Singularibus," (vulgo Odd Fellows) necnon de Filiis Temperantiæ, et aliis ejusmodi cœtibus, hanc proponens dubitationem: "Utrum cœtus illi pro vetitis habendi sint, qui profitentur se nihil adversus religionem moliri vel civilem rempublicam, licet occultum ineanit fœdus juramento firmatum, vel alias se obligent ad arcanum?" Sacra autem Congregatio Inquisitionis, die 21. Aug., 1850, respondendum illi decrevit: "Comprehendi Bullis Pontificiis."²

¹ Balt., Num. 55. Jam inde ab anno 1810, in Baltimorensi Conventu, damnatæ fuerant hujusmodi Societates. Vid. Appendicem.

² Vide Responsum integrum, in Appendice.

515. Verum cum difficultates apud nos exortæ sint, ex eo quod plures sint operariorum, alique hujusmodi cœtus, de quibus dubitatur an comprehendantur sub damnatione sæpius contra Societates Secretas a Summis Pontificibus lata, præstat rationes ob quas occultæ Societates huic judicio subjectæ sint, ipsissimis Pontificum verbis referre.

516. Jam vero Benedictus XIV., in Constitutione Apostolica, quæ incipit *Providas*,¹ hujus sententiæ causas luculenter enarrat. Hæc autem ex Benedicti Constitutione depromuntur:

“Porro inter gravissimas præfatæ prohibitionis et damnationis causas, in præinserta Constitutione² enunciatas, una est, quod in hujusmodi Societatibus et conventiculis, cujuscumque religionis ac sectæ homines invicem consociantur; quâ ex re satis patet, quam magna perniciæ Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera est arctum et impervium secreti foedus, quo occultantur ea, quæ in hujusmodi conventiculis fiunt, quibus proinde ea sententia merito aptari potest, quam Cæcilius Natalis apud Minucium Felicem in causa nimirum diversa protulit: ‘Honestæ semper publico gaudent, scelera secreta sunt.’ Tertia est jusjurandum, quo se hujusmodi secreto inviolabiliter servando adstringunt, quasi liceat alicui cujuslibet promissionis aut juramenti obtentu se tueri, quominus a legitima potestate interrogatus omnia fateri teneatur, quæcumque exquiruntur ad dignoscendum an aliquid in hujusmodi conventibus fiat quod sit contra Religionis, aut Reipublicæ statum, et leges. * * * * * Ultima demum, quod apud prudentes et probos viros eadem Societates et Aggregationes male audirent, eorumque judicio quicumque eisdem nomina darent, pravitatis et perversionis notam incurrerent.”

517. Quibus quidem consentanea prorsus sunt, quæ in

¹ XV. Kal., Apr., 1751.

² Scil. Clementis XII., an. 1738.

Allocutione in Consistorio Secreto, 25 Sept., 1865, habita, in eandem sententiam protulit Summus Pontifex, Pius IX.¹

518. Ut vero omnis prorsus dubitandi auferatur locus, hic promulgari volumus Decretum S. Congregationis Inquisitionis, Fer. IV. 15 Aug., 1846, de Mandato Sanctissimi Domini Nostri ab E^{mo} Præfecto S. Congregationis de Propaganda Fide, sub die 13. Julii, 1865, jam quibusdam ex nobis significatum, cujus tenor est is qui sequitur: “Societates occultæ, de quibus in Pontificiis Constitutionibus sermo est, eæ omnes intelliguntur, quæ adversus Ecclesiam vel Gubernium sibi aliquid proponunt, exigant vel non exigant a suis asseclis juramentum de secreto servando.”

519. Quibus accurate perpensis, Nobis quidem nulla apparet ratio, ob quam prohibitio Ecclesiæ adversus Masonicam aliasque occultas sectas, ad illas extendatur operariorum Sodalitates, quas non constat aliud sibi proponere quam sociorum in propria arte exercenda mutuam tutelam ac juvamen. Cavendum tamen, ne sub hoc prætextu quidpiam admittatur, quod sectis damnatis faveat; neve operarii, qui his Societatibus nomen dant, pravis subdolisque malorum hominum artibus inducantur, ut contra justitiæ leges, laborem ab ipsis debitum subtrahant, vel alio quovis modo, eorum quibus subjiciuntur, jura lædant. Quæ tamen omnia nullo modo ita intelligi volumus, ut vel toleratæ habeantur illæ Societates, cujuscumque naturæ sint, in quibus socii ab ipso ingressu jurejurando se obligant ad obtemperandum iis, quæ a cœtus superioribus jussa forte fuerint, vel etiam secreti ineunt foedus, quod neque interrogante legitima potestate violari impune possit. Illi etiam cœtus prorsus illiciti sunt, in quibus ita arcto foedere in mutuam defensionem conjunguntur socii, ut exinde oriatur turbarum vel cædium periculum.

520. In mentem insuper revocandam ducimus sapientissimam Summi Pontificis provisionem, quæ Literis jam citatis

E^mi Præfecti S. Congregationis de Propaganda Fide nobis communicata fuit: “Voluit præterea Sanctitas sua, ut Tibi subjungeretur, recurrendum esse ad Sanctam Sedem, et quidem omnibus adamussim expositis rerum adjunctis, si quæ forte difficultates in applicatione prædicti Decreti inveniantur.” Quibus verbis, cum novas quæstiones quæ de occultis sectis forte exurgere possunt, suo iudicio dirimi voluerit Sancta Sedes, nolumus ut in posterum ullus in hisce Provinciis, in quâvis Ecclesiastica dignitate constitutus, nominatim Societatem damnet, nisi certo et præter omne dubium constet eam ex iis esse, quæ Constitutionibus Pontificiis, prout a Sacra Congregatione Inquisitionis applicatæ sunt, comprehenduntur. Si vero eæ fuerint circumstantiæ, ut ulteriorem expositionem doctrinæ jam traditæ postulare videantur, pro ea, “omnibus adamussim expositis rerum adjunctis,” recurrendum esse monemus ad Sanctam Sedem, cujus sapientissimo iudicio omnes pleno animo ac corde morem geremus.¹

521. Monemus vero fideles nobis creditos, et in Domino hortamur et obsecramus, ut damnatis sectis prædictis omnino abstineant. Ut enim jam inelamavit Romanus Pontifex Leo XII.: “Pro certo habete, neminem earum participem sectarum esse posse, quin gravissimi flagitii reus sit; eorumque verba ab auribus repellite, qui ut vestræ in gradus suarum sectarum inferiores cooptationi assentiamini, vehementer affirmant, nihil in gradibus illis admitti quod rationi, nihil quod religioni adversetur, imo nihil vel prædicari vel perfici, quod non sanetum, quod non rectum, quod non incontaminatum sit. Etenim jusjurandum illud nefarium, quod jam memoratum est, quodque in illa etiam inferiori cooptatione jurari debet, satis per se est, ut intelligatis nefas etiam esse levioribus illis gradibus adscribi, atque in iis versari. Deinde, quamvis

¹ Juxta plurium Patrum sententiam, Decretum hoc numero positum omittendum erat; at ex voto S. C. videtur retinendum. Cf. Instructionem S. C. Specialem, Art. 4., supra.

quæ graviora, et scelestiora sunt, iis mandari non soleant, qui superiores gradus assequuti non sunt, perspicue tamen patet perniciosissimarum harum Societatum vim et audaciam ex omnium qui iis nomen dederunt, consensione et multitudine coalescere. Itaque ii etiam, qui inferiores illos gradus non sunt prætergressi, scelerum illorum participes haberi debent. Et in eos cadit illud Apostoli ad Rom., Cap. I.: ‘Qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.’”¹

522. Fideles itaque Ecclesiæ filii tenebricosos omnes cœtus prorsus fugiant, eos etiam qui districtissimis Ecclesiæ censuris haud comprehendere videantur. Pro animabus enim periculi plenas, et hos esse, dubitare non licet. Pias potius frequentent “fidelium societates, quæ in Ecclesia Catholica florescunt;” in quibus “nihil retrusum atque abditum, patent omnibus leges quibus reguntur, patent quæ juxta Evangelii doctrinam exercentur opera charitatis.”²

523. In istis scilicet, filii lucis quæ lucis sunt opera faciunt, secretum et tenebras non amant, immo vero odio habent et exhorrescunt. Caveant itaque fideles, et omni studio curent, ne in re tanti momenti decipiantur, ne sub boni specie in pessimam captivitatem trahantur, ne demum “in tenebris et in umbra mortis” versantes, spretis legibus sanctissimis, eas ineant conjurationes, quæ nostræ ætatis malum sunt maxime formidandum, quibusque unus tantum exitus esse posse videatur, ut scilicet omnia tum divina tum humana jura pessumdentur.

¹ Litteræ Apostolicæ Leonis XII., Quo graviora, III. Idus Mar., anno 1825.

² Allocutio Pii IX., in Consist. Secret., 25 Sept., 1865.

TITULUS XIII.

De novarum Sedium Episcopalium erectione,
deque Candidatorum Præsentatione.

CAPUT UNICUM.

524. Diu matureque deliberarunt Patres de novarum Sedium Episcopalium novorumque Vicariatuum Apostolicorum erectione a Sancta Sede postulanda. In eo vero convenere omnes, supplices ad Summum Pontificem mittendas esse preces, quatenus dignetur suprema sua auctoritate eos qui sequuntur erigere Episcopatus ac Vicariatus:—

525. I. IN PROVINCIA BALTIMORENSI:

1. Novam Sedem ad civitatem Wilmington, in Statu Delaware, quæ totam complectatur peninsulam inter Sinus dictos Chesapeake et Delaware jacentem; totum nempe Statum Delaware, una cum Comitatus Marylandiæ dictos Cecil, Kent, Queen Anne, Caroline, Talbott, Dorchester, Somerset, et Worcester,¹ atque in Virginiae Statu, Comitatus dictos Accomac et Northampton;

2. Novam Sedem ad civitatem Scranton, in Statu Pennsylvania, quæ ad Comitatus Bradford, Luzerne, Lycoming, Monroe, Pike, Sullivan, Susquehannah, Tioga, Wayne, et Wyoming extendatur;

¹ Quibus postea, per novam circumscriptionem, adjectus est comitatus dictus Wicomico, ex prædictorum partibus constitutus.

3. Novam sedem in civitate Harrisburg, in Statu Pennsylvania, quæ complectatur Comitatus Clinton, Centre, Mifflin, Franklin, Cumberland, Adams, York, Dauphin, Northumberland, Columbia, Lebanon, Lancaster, Montour, Union, Snyder, Juniata, Perry, et Fulton;

4. Novum Vicariatuum Apostolicum in Statu North Carolina, qui ad integrum Statum extendatur.

526. II. IN PROVINCIA OREGONENSI:

1. Vicariatuum Apostolicum in Territorio Idaho, qui etiam illam Montanæ partem quæ ad occidentem Montium Saxosorum jacet complectatur.

527. III. IN PROVINCIA STI LUDOVICI:

1. Sedem novam Episcopalem in Civitate Green Bay, (Sinus Viridis) in Statu Wisconsin, cujus sint limites; a parte Occidentali fluvius Wisconsin, a Meridie fluvius Fox, ab Oriente Lacus Michigan, et a parte Septentrionali ea pars Status Michigan, quæ jacet inter fontes fluvii Wisconsin ad Lacum Kattakittaken se se protendentis et prædictum Lacum Michigan;

2. Sedem Episcopalem in civitate Lacrosse, ejusdem Status Wisconsin, cujus limites sint; ab Oriente fluvius Wisconsin a Lacu Kattakittaken, a Meridie idem fluvius Wisconsin usque ad flumen Mississippi, ab Occidente flumen Mississippi ac Status Minnesota, a Septentrione autem Lacus Superior et ea pars Michigan, quæ est inter Lacum Superior et Lacum Kattakittaken;

3. Novam Sedem in Civitate Sancti Joseph, in Statu Missouri, quæ eam ejusdem Status partem complectatur, quæ a Meridie et ab Occidente fluvio Missouri, ab Oriente fluvio Chariton, a Septentrione Statu Iowa continetur;

4. Sedem Episcopalem in Civitate Omaha, in Territorio Nebraska, cui hujus Territorii Apostolicus Vicarius præficiatur.

5. Vicariatum Apostolicum in Territorio Montana, qui eam ejusdem Territorii complectatur partem, quæ ad Orientem Montium Saxosorum jacet;

6. Vicariatum Apostolicum pro Territoriis Colorado et Utah, qui ad eorum limites protendatur;

7. Vicariatum Apostolicum pro Territorio Arizona, cui etiam adjiciantur Comitatus El Paso, in Statu Texas, et Comitatus Messilla atque Doñana, qui nunc Episcopo Durangensi subjiciuntur.

528. IV. IN PROVINCIA CINCINNATENSIS:

1. Novam Sedem in civitate Columbus, in Statu Ohio, quæ a Diœcesi Cincinnatensi dividatur per limites Comitatus Morrow, Delaware, Franklin, ac deinde ad Meridiem per fluvium Scioto usque ad flumen Ohio.

529. V. IN PROVINCIA SANCTI FRANCISCI:

1. Sedem Episcopalem in civitate Grass Valley, (*Vallis Pratensis*), in California, cui præficiatur Vicarius Apostolicus Marysvillensis.

530. VI. IN PROVINCIA NEO-EBORACENSIS:

1. Novam Sedem in civitate Rochester, in Statu New York, quæ Comitatus qui sequuntur complectatur: nempe, Monroe, Wayne, Livingston, Cayuga, Tompkins, Seneca, Yates, et Ontario.

531. Pro Sedibus vero istis atque Vicariatibus nomina sacerdotum præsentarunt Patres, tria pro singulis, cum notulis et responsis quoad eorundem dotes a Sancta Sede requisitis, præterquam in casibus ubi præsentabantur Episcopi, uti pro Sedibus Columbus, Vallis Pratensis, et Omaha contigit. In postulatione tamen Coadjutoris pro Episcopo Marquettensi et Marianopolitano, ob infirmitatem gravem quâ, vel ineunte Concilio, erat venerandus ille Antistes correptus, haud potuit illam quam oportebat suppeditare de candidatis notitiam, nec aderat alius qui defectum supplere posset.

532. Supplicarunt etiam Patres, ut Sedes Philadelphiensis et Milwaukiensis ad dignitatem Archiepiscopalem erigantur; quarum prior omnes Episcopos in Pennsylvania degentes haberet suffraganeos, altera vero, præter novas Sedes Lacrosse et Green Bay, etiam Sedem Sancti Pauli ex Provincia Sti Ludovici, et Marquettensem et Marianopolitanam ex Provincia Cincinnatensi, complecteretur. Petierunt insuper ut Episcopus Nashvillensis ad Provinciam Cincinnatensem transferatur. Supplicarunt demum, ut Vicariatus Apostolicus Columbiae Britannicæ ad Provinciam Oregonensem pertinere declaretur.¹

¹ Quæ sub hoc continentur numero a S. Cong. "in aliud tempus sunt remissa;" quod etiam de Vicariatu in Arizona, necnon et de erectione Sedis Episcopalis in Omaha, et nominatione Coadjutoris pro Marquettensi et Marianopolitano est factum. Ceteris vero postulationibus benigne annuit Sancta Sedes; uti constat ex Literis S. C. supra relatis, in Actis Concilii.

TITULUS XIV.

De efficaci Decretorum Baltimorensium Executione Promovenda.

CAPUT UNICUM.

533. Monemus Episcopos, ut nullum non moveant lapidem, in Visitatione nempe Diœceseos, atque in Synodis tam Diœcesanis quam Provincialibus, necnon in Cœtibus Sacerdotum pro disciplinarum theologicarum discussione, quatenus in omnibus executioni mandentur hujus Plenarii Concilii Decreta; quorum collectio, prout nunc prostat, omnes complectitur et confirmat leges in præviis etiam Baltimorensibus Conciliis latis ac promulgatis, atque Sanctæ Sedis judicio recognitis.

534. Demum, quo melius ad omnium nostrorum Sacerdotum notitiam perveniant, efficaciusque in praxim deducantur hujus Plenarii Concilii Decreta, statuimus ista, postquam a S. Sede recognita in lucem edita fuerint, in Scholis nostris Juris Canonici ac Theologiæ, quasi norma quædam adhibeantur, quam in docendo Professores explicent et sequantur, alumnique omnes diligenter ac accurate addiscant.¹

¹ De Ratione Relationis ad S. Cong. de Prop. Fide, statis temporibus faciendæ, vide Appendicem.

SUBSCRIPTIONES PATRUM.

271

Ego, infrascriptus, mutationes et correctiones Decretorum in Actis relatas fideliter ex Secretariorum commentariis in pleno Concilio probatis excripsi,
JACOBUS ANDREAS CORCORAN, S. T. D.
Secretarius.

Ego testor exemplar esse genuinum, et cum originali concordare,
FRANCISCUS JOS. PABISCH, S. T. D. et J. U. D.
Notarius.

Ego Cancellarius subscripsi,
THOMAS FOLEY, S. T. D.
Cancellarius.

Ego Franciscus Jos. Pabisch, hujus Plenarii Concilii Notarius, testor Acta omnia et Decreta, quæ in hoc Libello, typis impresso, continentur, lecta fuisse et promulgata, quemadmodum prostant emendata, prout convenerat in Congregatione Metropolitanarum, atque rite probata, in Sessionibus Solemnibus, in ecclesia Metropolitana Sanctæ Mariæ Baltimorensi, diebus 14, 18, et 21 Octobris, quæ ultima fuit apud nos Festum Maternitatis B. M. V., Anno Domini MDCCCLXVI.

FRANCISCUS JOS. PABISCH, S. Theol. et Juris Utriusque Doctor,
Notarius.

SUBSCRIPTIONES PATRUM.

Ego, MARTINUS JOANNES SPALDING, Archiepiscopus Baltimorensis, ac Sedis Apostolicæ Delegatus, definiens subscripsi.

Ego, FRANCISCUS NOBERTUS BLANCHET, Archiepiscopus Oregonensis, definiens subscripsi.

Ego, PETRUS RICHARDUS KENRICK, Archiepiscopus S. Ludovici, definiens subscripsi.

Ego, JOAN. BAPTISTA PURCELL, Archiepiscopus Cincinnatiensis, definiens subscripsi.

Ego, JOSEPH SADOE ALEMANY, Archiepiscopus S. Francisci, definiens subscripsi.

- Ego, JOANNES MARIA ODIN, Archiepiscopus Neo-Aurelianensis, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES McCLOSKEY, Archiepiscopus Neo-Eboracensis, definiens subscripsi.
- Ego, RICHARDUS VINCENTIUS WHELAN, Episcopus Velingensis, definiens subscripsi.
- Ego, PETRUS PAULUS LEFEVRE, Episcopus Zelanus et Coadjutor Administrator Detroitensis, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES MARTINUS HENNI, Episcopus Milwauchiensis, definiens subscripsi.
- Ego, AUGUSTINUS M. A. BLANCHET, Episcopus Nesqualensis, definiens subscripsi.
- Ego, AMADEUS RAPPE, Episcopus Clevelandensis, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES TIMON, Episcopus Buffalensis, definiens subscripsi.
- Ego, MODESTUS DEMERS, Episcopus Vancouverensis, definiens subscripsi.
- Ego, MAURITIUS DE SAINT PALAIS, Episcopus Vincennopolitanus, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES MCGILL, Episcopus Richmondensis, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES BAPTISTA LAMY, Episcopus Sanctæ Fidei, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES LOUGHLIN, Episcopus Brooklynensis, definiens subscripsi.
- Ego, JACOBUS R. BAYLEY, Episcopus Novarcensis, definiens subscripsi.
- Ego, LUDOVICUS DE GOESBRIAND, Episcopus Burlingtonensis, definiens subscripsi.
- Ego, GEORGIUS ALOYSIUS CARRELL, Episcopus Covingtonensis, definiens subscripsi.
- Ego, THADDEUS AMAT, Episcopus Montereyensis et Angelorum, definiens subscripsi.

- Ego, AUGUSTUS MARTIN, Episcopus Natchitochensis, definiens subscripsi.
- Ego, DAVID GULIELMUS BACON, Episcopus Portlandensis, definiens subscripsi.
- Ego, HENRICUS DAMIANUS JUNCKER, Episcopus Altoniensis, definiens subscripsi.
- Ego, JACOBUS DUGGAN, Episcopus Chicaginis, definiens subscripsi.
- Ego, GULIELMUS HENRICUS ELDER, Episcopus Natchetensis, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES HENRICUS LUERS, Episcopus Wayne-Castrens, definiens subscripsi.
- Ego, PATRITIUS N. LYNCH, Episcopus Carolopolitanus, definiens subscripsi.
- Ego, FRANCISCUS P. McFARLAND, Episcopus Hartfordensis, definiens subscripsi.
- Ego, JACOBUS O'GORMAN, Episcopus Raphanæ in part. infid. et Vic. Ap. Nebraskæ, definiens subscripsi.
- Ego, THOMAS L. GRACE, Episcopus S. Pauli, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES QUINLAN, Episcopus Mobiliensis, definiens subscripsi.
- Ego, JACOBUS FREDERICUS WOOD, Episcopus Philadelphiensis, definiens subscripsi.
- Ego, MICHAEL DOMENEC, Episcopus Pittsburgensis, definiens subscripsi.
- Ego, EUGENIUS O'CONNELL, Episcopus Flaviopolitanus, et Vic. Ap. Marysville, definiens subscripsi.
- Ego, AUGUSTINUS VEROT, Episcopus Savannensis, definiens subscripsi.
- Ego, CLAUDIUS M. DUBUIS, Episcopus Galvestoniensis, definiens subscripsi.
- Ego, PETRUS J. LAVIALLE, Episcopus Ludovicopolitanus, definiens subscripsi.
- Ego, JOANNES J. CONROY, Episcopus Albanensis, definiens subscripsi.

Ego, PATRITIUS AUGUSTINUS FEEHAN, Episcopus Nashvillensis, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES J. WILLIAMS, Episcopus Bostoniensis, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES HENNESSY, Episcopus Dubuquensis, definiens subscripsi.

Ego, SYLVESTER H. ROSECRANS, Episcopus Pompeiopolitanus et Auxiliaris Cincinnatiensis, accepto per Patres Concilii voto decisivo, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES D. COADY, Administrator Eriensis, sede vacante, definiens subscripsi.

Ego, FERDINANDUS COOSMANS, S. J., Procurator Episcopi Meseniensis, Vicarii Apos. Montium Sax. ad Orientem, definiens subscripsi.

Ego, M. BENEDICTUS, Abbas Cisterciensis, definiens subscripsi.

Ego, BONIFACIUS WIMMER, O. S. B., Abbas S. Vincentii, et Præses Congr. Americano-Cassinensis, definiens subscripsi.

INDEX AD DECRETA,

ALPHABETICUS ET ANALYTICUS.

N. B. — Numeri ad articulos principales appositi *Paginas*, cæteri vero *Decretum* indicant.

	Pag.
ABSOLUTIO,	145, seqq.
Sacramentalis est actus vere judicialis, 271.	
Quibusnam deneganda aut differenda sit, 282.	
Non iudicis more, sed humanissimis verbis absolutionis denegatio poenitentibus denuntietur, 287.	
ACATHOLICI,	7, 8, 128, 202
Qui veræ Religionis invincibili ignorantia laborant nullâ hujus rei culpâ coram Deo obstringuntur, 6.	
Quam ardenti quamque suavi zelo errantes ab Ecclesiâ ad veritatem reducendi, 7, 8, 13, 27.	
Quando Acatholicorum infantes baptizari possint, vel etiam debeant, 229.	
In baptismo infantium Acatholicorum patrini Catholici habeantur, <i>ibid.</i>	
In mortis periculo omnes infantes baptizari debent, <i>ibid.</i>	
Ab hæresi conversis non ante conferatur Baptismus, quam diligens examen de servatis debitâ materiâ et formâ institutum fuerit, 240-2.	
Forma præscribitur ad conversos ab hæresi ad fidem excipiendos, 242.	
Acatholicorum cognatorum et affinium corpora in Catholicorum sepulchris gentilitiis tumulari toleratur, 389.	
ADMINISTRATORES,	68, 113, 119
Ad quid ex administratione suâ teneantur dioceseon administratores, 99.	
Bonorum ecclesiasticorum administratores Concilii Tridentini in hanc rem decreta servant, 186.	
Nullus sine Sedis Apostolicæ, vel Episcopi consensu, et nonnisi eorum auctoritati et jurisdictioni subjectus, Ecclesiæ bona administret, 197, 202.	
Hi omnes, penes quos sunt ecclesiastica bona, tutissimâ ratione eorum securitati quamprimum provideant, 187.	
AEDITUI,	111, 116
Jus non habent, instituendi, retinendi, vel dimittendi pastores, invito Episcopo, 184.	
Absque Episcopi auctoritate non constituentur, 198.	
Regulæ quaedam, in aedituorum electione et ad eorum acta moderanda, in omnibus hisce Provinciis servandæ proponuntur, 201.	
Aedituorum schismaticis aggressionibus, si quæ attententur, remedium quamprimum afferatur, etiam ipsorum ecclesiam demum interdicendo, 186.	
APPROBATIO,	255, 201, 251
Designentur examinatores librorum ab Ordinario approbandorum, 503.	
Illi tantum precum ac Catecheseos libri usurpentur qui cum Ordinarii approbatione editi fuerint, 387.	
Moneantur fideles ut a precum libellis abstineant, qui sine Ordinarii approbatione circumferuntur, 502.	

Ego, PATRITIUS AUGUSTINUS FREEHAN, Episcopus Nashvillensis, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES J. WILLIAMS, Episcopus Bostoniensis, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES HENNESSY, Episcopus Dubuquensis, definiens subscripsi.

Ego, SYLVESTER H. ROSECRANS, Episcopus Pompeiopolitanus et Auxiliaris Cincinnatiensis, accepto per Patres Concilii voto decisivo, definiens subscripsi.

Ego, JOANNES D. COADY, Administrator Eriensis, sede vacante, definiens subscripsi.

Ego, FERDINANDUS COOSMANS, S. J., Procurator Episcopi Meseniensis, Vicarii Apos. Montium Sax. ad Orientem, definiens subscripsi.

Ego, M. BENEDICTUS, Abbas Cisterciensis, definiens subscripsi.

Ego, BONIFACIUS WIMMER, O. S. B., Abbas S. Vincentii, et Præses Congr. Americano-Cassinensis, definiens subscripsi.

INDEX AD DECRETA,

ALPHABETICUS ET ANALYTICUS.

N. B. — Numeri ad articulos principales appositum *Paginas*, cæteri vero *Decretum* indicant.

	Pag.
ABSOLUTIO,	145, seqq.
Sacramentalis est actus vere judicialis, 271.	
Quibusnam deneganda aut differenda sit, 282.	
Non iudicis more, sed humanissimis verbis absolutionis denegatio poenitentibus denuntietur, 287.	
ACATHOLICI,	7, 8, 128, 202
Qui veræ Religionis invincibili ignorantia laborant nullâ hujus rei culpâ coram Deo obstringuntur, 6.	
Quam ardenti quamque suavi zelo errantes ab Ecclesiâ ad veritatem reducendi, 7, 8, 13, 27.	
Quando A catholicorum infantes baptizari possint, vel etiam debeant, 229.	
In baptismo infantium A catholicorum patrini Catholici habeantur, <i>ibid.</i>	
In mortis periculo omnes infantes baptizari debent, <i>ibid.</i>	
Ab hæresi conversis non ante conferatur Baptismus, quam diligens examen de servatis debitâ materiâ et formâ institutum fuerit, 240-2.	
Forma præscribitur ad conversos ab hæresi ad fidem excipiendos, 242.	
A catholicorum cognatorum et affinium corpora in Catholicorum sepulchris gentilitiis tumulari toleratur, 389.	
ADMINISTRATORES,	68, 113, 119
Ad quid ex administratione suâ teneantur dioceseon administratores, 99.	
Bonorum ecclesiasticorum administratores Concilii Tridentini in hanc rem decreta servant, 186.	
Nullus sine Sedis Apostolicæ, vel Episcopi consensu, et nonnisi eorum auctoritati et jurisdictioni subjectus, Ecclesiæ bona administret, 197, 202.	
Hi omnes, penes quos sunt ecclesiastica bona, tutissimâ ratione eorum securitati quamprimum provideant, 187.	
AEDITUI,	111, 116
Jus non habent, instituendi, retinendi, vel dimittendi pastores, invito Episcopo, 184.	
Absque Episcopi auctoritate non constituentur, 198.	
Regulæ quaedam, in aedituorum electione et ad eorum acta moderanda, in omnibus hisce Provinciis servandæ proponuntur, 201.	
Aedituorum schismaticis aggressionibus, si quæ attententur, remedium quamprimum afferatur, etiam ipsorum ecclesiam demum interdicens, 186.	
APPROBATIO,	255, 201, 251
Designentur examinatores librorum ab Ordinario approbandorum, 503.	
Illi tantum precum ac Catecheseos libri usurpentur qui cum Ordinarii approbatione editi fuerint, 387.	
Moneantur fideles ut a precum libellis abstineant, qui sine Ordinarii approbatione circumferuntur, 502.	

	Pag.
Expurgati atque ab Episcopo approbati libri in scholarum usum edantur, 496.	
Cum quânam approbatione, libri in scholarum usum sint edendi, 497.	
Nulla ephemeris ab Episcopis pro Catholicâ agnoscat, quae non Ordinarii approbationem prae se ferat, 506.	
Quo sensu intelligenda sit Ordinarii approbatio Foliis Catholicis data, 508.	
ARCHIDIACONI,	54
Quales eligantur; eorum officium, 73.	
ARCHIPRESBYTER,	54
Omnes alios in Dioecesi Presbyteros et dignitates praecollit, 72.	
ATTRITIO,	164
Est verus et utilis dolor, donum Dei, et Spiritus Sancti impulsus quo poenitentiam sibi ad justitiam parat, 273, 274.	
BANNA,	174
Publicanda, 331.	
Dispensatio in hac re non nisi gravissimis de causis concedenda, 332, 333.	
BAPTISMUS.	
DOCTRINA DE SACRAMENTO BAPTISMI,	126, 127
Baptismatis Sacramento mundamur et sanctificamur, filii misericordiae renascimur, 224.	
In re vel in voto necessarium est ad salutem, 225.	
DE OFFICIIS PASTORUM RELATIVE AD SACRAMENTUM BAPTISMI,	127, 129
Catholicorum parentum sacerdotiam, qui parvulorum baptismum differunt, saepius reprehendant animarum pastores, 225.	
Omnes fideles obligationem et modum hoc Sacramentum in necessitate impertiendi edoceri curent sacerdotes, 228.	
Quando Aatholicorum infantes baptizari possint, vel etiam debeant, 229.	
In mortis periculo omnes infantes baptizari debent, <i>ibid.</i>	
Amentes, furiosi et adulti moribundi, an, quandonam et quâ formâ baptizandi, 230.	
Ab haeresi conversis non ante conferatur baptismus quam diligens examen de servatis debitâ materiâ et formâ institutum fuerit, 240-2.	
ECCLESIAE DISCIPLINA CIRCA SACRAMENTUM BAPTISMI, 128, 130	
Minister ejus ordinarius est Episcopus in suâ dioecesi, Parochus in suâ paroeciâ, 227.	
Objurgantur qui infantes, ab alienâ sive paroeciâ sive dioecesi, sibi oblatos temere baptizant, <i>ibid.</i>	
Caeremonias in solemnibus Baptismo negligere peccatum est, 235.	
Qualis esse debeat aqua in baptismo solemnibus conferendo, 234.	
Fontes baptismales <i>sub clavi</i> , in unâquâque ecclesiâ erigantur, <i>ibid.</i>	
Forma praescribitur in conversos ab haeresi ad fidem excipiendos, 242.	
Facultas adultos eadem ac parvulos formâ baptizandi proroganda denuo petitur, 243, <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
Sanctae Sedi supplicatum pro speciali formâ in adultorum ad fidem conversorum baptismo adhibendâ, 244, <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
Extra ecclesiam nunquam conferatur baptismus praeter mortis imminentem casum in urbibus, aut graves causas rure, 236, 237.	
Unus saltem, vel ad summum duo patrini in baptismo conferendo habeantur; eorum dotes, 231.	

	Pag.
In baptismo infantum Aatholicorum patrini catholici habeantur, 229.	
Nomina in Baptismo imponenda quoniam esse debeant, 232.	
Singula nomina in Baptismi collatione repetere necesse non est, 233.	
Omnia nomina in Baptismo imposita, in libro baptismatum recenseri debent, <i>ibid.</i>	
Privatus Baptismus quoniam ritu domi conferendus, 238.	
Ordo in supplendo ritus omissos servandus, 239	
BENEDICTIO,	134, 207
Puerperae a pastoribus commendetur et explicetur, 245.	
Nec promiscue tamen nec extra ecclesiam fiat, 246.	
Facultatem benedicendi coemeteria sacerdotibus communicare licet Episcopis, 402, <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
BENEDICTIO S. S. SACRAMENTI. Vide EXPOSITIO.	
BENEFICIUM,	75
Parochiale Neo-Aureliae a generali harum Provinciae lege excipitur, 108.	
BIBLIA,	14, 220
Ab Aatholicis vitata a suis ovibus arceant pastores, 16.	
Aatholicorum biblia, preces et cantica a scholis arcenda, 429.	
<i>Vide SCRIPTURA SACRA.</i>	
BIRETUM,	95
Si in usu habeatur, sit Romano conforme, 150.	
BONORUM ECCLESIASTICORUM PROPRIETAS,	116, 113
Quae Deo donata sunt in cultum divinum et opera charitatis in Ecclesiae transeunt potestatem, 197.	
In unâquâque dioecesi ad Ordinarium pertinent bona ecclesiastica, nisi alicui Ordini vel Sacerdotum Congregationi, in ipsorum usum tradita fuerint, 195.	
Bonorum ecclesiasticorum usurpatores poenas a Concilio Tridentino latas ipso facto incurrunt, 187, 197.	
BONORUM ECCLESIASTICORUM SECURITAS,	113, 115, 117
Episcopi et alii omnes penes quos sunt ecclesiastica bona, tutissimâ ratione eorum securitati quamprimum provideant, 187.	
Habeant Episcopi bonorum ecclesiasticorum inventarium, et titulos et instrumenta omnia rite disposita, 188.	
Episcopus, si contigerit extra dioecesim versari, procuratorem bonorum ecclesiasticorum literis instituat, <i>ibid.</i>	
Non sinant Episcopi sacerdotes penes se retinere suo nomine quae a fidelibus in publicos et ecclesiasticos usus donata sunt, eorumque fidei commissa, <i>ibid.</i>	
Episcopus qui coadjutorem habet, illum debet bonorum ecclesiasticorum haeredem constituere, 189.	
Bonorum ecclesiasticorum securitatem, per testamentum accurate, solerter et duplici exemplari confectum, procurare debent Episcopi, 188, 189, 191, 204.	
Singuli Episcopi, intra tres menses a suâ consecratione, testamento vel alio instrumento consulant securitati bonorum ecclesiasticorum, 191.	
Decretum S. Congreg. de Prop. Fide, die 15 Dec. 1840 de Bonis Ecclesiasticis tuto servandis, mitigatum fuit annuente Apostolicâ Sede, 189.	
Quoniam ex hoc Decreto S. Congregationis a Superioribus Communitatum inquirere debeant Praesules circa bona ecclesiastica, quae istae possidere possunt, 189; (mitigatum juxta, n. 191.)	
Quid insuper ex eadem auctoritate eisdem praecipere debeant, 190; (mitigatum eodem modo.)	

- Quisque Episcopus unum e suis hujus regionis co-episcopis bonorum ecclesiasticorum haerem constituat, 189. (Decretum S. C. postea mitigatum.)
 Modus co-episcopum haerem constituendi, *ibid.* (Idem Decret. mitigatum juxta, n. 191.)
 A Conciliis et Pontificibus latae leges circa bona sacra obtinenda et tutanda, hisce in Provinciis per leges civiles servari posse videntur, 199.
 Impedimenta, quae bonorum ecclesiasticorum securitati e legibus civilibus in quibusdam statibus oriuntur, amoveantur vel minuuntur, 200.
 Archiepiscopus Episcopum cautiones ad bonorum ecclesiasticorum securitatem praescriptas negligentem moneat; et, si necesse sit, ad S. Congregationem deferat, 191.
- BONORUM ECCLESIASTICORUM ADMINISTRATIO, 112, 116**
 Juxta Concilii Tridentini in hanc rem decreta fiat, 186.
 Nullus sine Sedis Apostolicae vel Episcopi consensu, et non nisi eorum auctoritati et jurisdictioni subjectus Ecclesiae bona administret, 197, 202.
 Absque Episcopi auctoritate aeditui non constituentur, 198.
 Regulae quaedam in aedituorum electione et ad eorum acta moderanda, in omnibus hisce Provinciis servandae proponuntur, 201.
 Librum habeant sacerdotes quo res omnes ecclesiae recenseantur, 193.
 Bonorum ecclesiasticorum administrationis rationem quotannis exigant Episcopi, 192, 196.
 Non sinant Episcopi sacerdotes aes alienum, ecclesiae nomine vel causâ, contrahere, 192.
 Res suas rebus ecclesiae non immisceant sacerdotes, 193.
 Cautio a sacerdotibus adhibenda priusquam, si quando id faciendum permillum fuerit, pecuniam suam in ecclesiae usum conferant, *ibid.*
 Modus praecavendi controversias circa ecclesiam vel domum a Congregatione vel Ordine Religioso fundandam, 203.
Cetera quare in verbo ECCLESIAE.
- CAEREMONIALE. Vide MANUALE CAEREMONIARUM.**
- CAMPANA, 207**
 Facultatem benedicendi campanas oleo ab Episcopo consecrato, sacerdotibus communicare licet Episcopis, 402 *et in subjectâ annotatione.*
- CANCELLARIA, 54**
 Cancellariae in unâquaque dioecesi institutio commendatur, 71.
- CANTUS ECCLESIASTICUS, 187, 197**
 Quo pacto reformandus, 361.
 Carmina vernaculo idiomate, inter Missarum solemnias vel Vesperas, decantare non licet, *ibid.*
 Valde exoptandum est ut Cantus Gregoriani rudimenta in scholis parochialibus exerceantur, 380.
- CAROLOPOLITANUS EPISCOPUS, 111**
 Carolopolitani Episcopi agendi ratio circa ecclesias aedificandas, a generali lege excepta, 183.
- CATECHISMUS, 201**
 In communem harum Provinciarum usum conscribendus, 387 *et in subjectâ annotatione.*
- CAUSAE CRIMINALES, 57, 65**
 Sacerdotes criminis postulati juxta quam formam judicandi, 77.

- Quas partes agant Judices causarum in criminalibus presbyterorum causis, *ibid.*
 Causae criminales contra Episcopos quomodo gerendae, tam majores quam minores, 87, 88.
- CLARA INTUITIO. Vide MAGNETISMUS.**
- CLERICI.**
EORUM IDONEITAS, OBLIGATIONUMQUE COMPENDIUM, 65, 104
 Quales esse debeant clerici titulo missionis ordinandi; jusjurandum ab eis dandum, 89.
 Sacerdotalis officii munerum et dotum compendiaria ratio, 169.
EORUM SANCTITAS ET SCIENTIA, 93, 95, 102
 Vita eorum aedificationem praestare debet, 147.
 Quae modestia quaeque gravitas clericos deceat, 152.
 Castâ mente castoque corpore se Deo gratos ministros exhibeant, 163.
 Quo pacto castitas a clericis servanda, 164-9.
 Eorum mensa sit modesta, victusque frugalis, 161.
 Ne in caducis opibus comparandis tempus et operam consumant, 160.
 Disciplinis theologicis operam dare nunquam desinant; humaniores quoque scientias excolant, 167.
- EORUM HABITUS ET INCESsus, 93, 94**
 Vestem talarem, quantum fieri poterit, vel saltem nigras vestes gerant, 148, 149.
 Cum foras prodeunt vel in itinere, quâ veste eos indui liceat, 148.
 Comam et barbam non nutriant, 151.
- EA QUAE IPSIS PROHIBENTUR, 97, 95, 112**
 Saecularia negotia illis prohibentur, speciatim, etc., 157.
 Plura alia illis vetita, 153.
 Jurgia, quantum per se ipsos fas est, devitent, 155.
 Ludos fugiant illicitos vel qui scandalum parere possint, 154.
 Couponarum aditus ususque, nisi in itinere necessitatis causâ, clericis interdiciuntur, 162.
 Damnatur mos pecuniam apud sacerdotem deponendi, eâ lege ut foenore aucta, stato tempore recuperetur, 159, 160.
 Clerici censuras a lege latas incurrunt, qui ecclesiasticam vel Religiosam personam coram civili tribunali temere citant de re juris stricte ecclesiastici, 156.
 Quicumque clericus laicorum contra Ecclesiam usurpationibus favorit, facultatibus privetur, vel suspendatur, 185.
Vide etiam SACERDOTES.
- COADJUTOR, 69, 113**
 Methodus in Coadjutorum electione hisce in Provinciis servanda, 103.
 Episcopus, qui Coadjutorem habet, illum bonorum ecclesiasticorum haerem constituere debet, 189. (Decretum mitigatum juxta, n. 191.)
- COEMETERIA, 125, 203**
 Sepultura ecclesiastica iis denegetur, quorum corpora in sectarum coemeteriis sepeliuntur, vel etiam in profanis et communibus ubi adsunt Catholica, 218, 391.
 Uno vel altero casu excepto, 392.
 Si desint Catholica coemeteria, et in coemeterio profano separata terrae pars pro Catholicorum corporibus exclusive sepeliendis obtineri nequeat, locus ubi cadaver deponitur benedicatur, 392.

	Pag.
Quaedam aliae de sepulturis et coemeteriis disciplinae regulae statuuntur, 393.	
Ubi plures sunt ecclesiae, ibi etiam plura habeantur coemeteria, 395.	
Facultatem benedicendi coemeteria sacerdotibus communicare licet Episcopis, 402 <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
<i>Vide etiam SEPULTURA ECCLESIASTICA.</i>	
COETUS,	73
Episcoporum coetus convenire oportet ad discutiendas qualitates sacerdotum Sanctae Sedi pro vacantibus dioecesibus proponendorum, 106, III.	
COLLATIONES THEOLOGICAE,	52
Quam proficuae quamque frequenter tenendae, 68, 69.	
Quinam eis assistere debeant, <i>ibid., ibid.</i>	
Norma in iisdem tenenda, <i>ibid., ibid.</i>	
Materiae item pertractandae, <i>ibid., ibid.</i>	
COLLECTAE,	39, 78
Praescribuntur in subsidium Confraternitatis Sancti Petri per singulas harum Provinciarum dioeceses faciendae; quo tempore quaque ratione, 48.	
Nullus sacerdos eleemosynas extra Congregationem vel Dioecesim suam absque Episcopi licentiâ colligat, 119.	
COLLEGIA,	227, 228
Scholarum majorum seu Collegiorum institutio commendatur, 447.	
Collegium Americanum in Urbe Sanctâ ab omnibus hujus regionis Episcopis fovendum ac amplificandum, 448.	
Saluberrimi quoque fructus percepti sunt ex Collegio pro nostrae regionis Missionariis Lovanii ab Episcopis Belgii constituto, 449.	
Gratiae praesidibus et doctoribus Collegii Omnium Sanctorum in Hiberniâ, aguntur, 450.	
Utrum tempus advenerit hisce in Provinciis Collegium aliquod maximum seu Universitatem instituendi, Patribus perpendendum relinquatur, 451.	
COMMUNIO FREQUENS,	138-140
Regulae in frequenti communione ab animarum moderatoribus permittendâ commendantur, 258, 259.	
<i>Vide etiam EUCHARISTIAE SACRAMENTUM.</i>	
COMMUNIO INFIRMORUM,	142
Sacerdotum obligatio erga sanctissimi viatici administrationem, 262.	
Sacra communio infirmo quantocius ministranda, 263.	
Quantâ reverentiâ et quo ritu ad infirmos deferenda, illisque ministranda, 264.	
Delatio Sanctissimi Sacramenti ad urgentes tantum causas, atque ad actuale ministerii exercitium coarctetur, <i>ibid.</i>	
In hisce autem casibus super pectus gestetur, <i>ibid.</i>	
COMMUNIO PASCHALIS,	137, 138
Decretum de annuâ Communione a Concilio Lateranensi IV. sancitum, 255.	
Pastores omnem ponant operam ut omnes ipsis commissi huic praecepto satisfaciant, 256.	
Tempus Communionis paschalis apud nos a primâ Dominicâ Quadragesimae ad Dominicam S. S. Trinitatis inclusive extenditur, 257.	
COMMUNIO PUERORUM,	141
Quâ ratione et quomodo pueri sint primâ vice ad sacram mensam admittendi ac praeparandi, 260.	
Quânam aetate, 261.	

	Pag.
COMMUNITATES RELIGIOSAE,	114, 210, 119
Quomodo bonorum ecclesiasticorum securitati providere debeant Communitatum religiosarum praesides, 190, 191.	
Quânam conditione Communitates Religiosae opus dioecesanum deserere possint, 407.	
Eorum jura ac privilegia ab Episcopis tuenda; quo pacto id fieri possit, 408.	
Modus quidam praecavendi controversias circa ecclesiam vel domum a Congregatione vel Ordine Religioso fundatam, 203.	
<i>Vide REGULARES.</i>	
CONCILIA PLENARIA,	46
Conciliorum plenariorum munus praecipuum, 57.	
CONCILIA PROVINCIALIA,	45, 46
Quam frequenter cogenda, 56, 57.	
Quodnam eorum munus praecipuum, 57.	
Ejusmodi Conciliorum Decreta robur nullum habent donec Romani Pontificis judicio fuerint rata ac recognita, 58.	
Quinam eis interesse debeant, 56, 60.	
Quinam in eis votum sive decisivum sive consultativum habeant, 60 <i>et in duabus subjectis annotationibus.</i>	
Conciliorum Provincialium Officiales a quo seligantur, 61.	
Testes synodales an adhibendi ex loco et tempore intelligant Episcopi; quales eligendi; eorum munus, <i>ibid.</i>	
Permagnam praesidium hisce temporibus Ecclesiae afferunt Episcoporum conventus, 62.	
CONCIONATORES. Vide PRAEDICATORES VERBI DIVINI.	
CONFESSARIUS,	148, seqq., 138
Confessarii munere nihil animarum saluti utilius, 278.	
Poenitentiae Ministro necessaria est jurisdictio quae per <i>casum reservationem</i> , etiam coram Deo coarctari potest, 277.	
Sacramentale silentium nullam ob causam unquam prodat, nec ullâ ratione laedat, 290.	
Superpelliceo ac stolâ indutus confessiones excipiat, 293.	
Erga confitentes Judicem, Pastorem, Medicum Patremque se praebeat, 279.	
Christi elementiam ac benignitatem, quantum licet, aemuletur, 284-6.	
Facilis cuivis ad Confessarium pateat aditus, 291.	
Statutis diebus, certisque horis ad excipiendas confessiones praesto sit, <i>ibid.</i>	
Quomodo agere debeat cum omnibus, et praesertim cum egenis, vilioris conditionis hominibus, ac peccatorum sarcinâ onustis, 280.	
An, quosnam, de quibus et quomodo poenitentes interrogare, monere, etc., debeat, 281.	
Unde intelligere possit quânam aetate parvuli primum Poenitentiae Sacramenti sint capaces, 292.	
Quibus neganda aut differenda sit absolutio, 282.	
Quânam cautione Confessario utendum quando absolutionem concedere ei non liceat, 287.	
Poenitentes paratos ac dignos pro virili parte reddat, 283.	
Regulae in frequenti communione permittendâ ab omnibus animarum moderatoribus sequendae commendantur, 258, 259.	
CONFESSIO,	147, 148
Integra sit, peccatorumque circumstantias speciem mutantes aperiat, 275.	

	Pag.
Præceptum annuae confessionis per Ecclesiae pastores urgendum, 276.	158
CONFESSIONALIA	158
In omnibus ecclesiis erigenda, 295.	
Confessiones mulierum extra Confessionale non audiendae, sine Ordinarii licentiâ, nec unquam in privatis aedibus, nisi per crates interpositas et in loco patenti, 294-6.	
CONFIRMATIO ,	134, seqq.
Confirmationis vis et virtus, 247, 249.	
Est proprie dictum Novae Legis Sacramentum, 248.	
Necessitate præcepti recipienda, 250.	
In hoc Sacramento administrando rubricæ ad amussim observentur, 251.	
Nemini minori septennio, nisi ob peculiare rationes, administratur, 252.	
Schedulæ Episcopo a confirmandis exhibendæ, 252.	
Patrini in Confirmatione administrandâ adhibeantur, 253.	
CONFRATERNITATES ,	221, 239, seqq.
Piarum Confraternitatum utilitas simul et antiquitas, 477.	
Multiplicatio Sodalitatum seu Congregationum piarum ad providendum scholis parochialibus institutarum commendatur, 432.	
Quenam Confraternitates præcipue fovendæ et propagandæ, 478.	
Inter quas: Pientissimum <i>Apostolatus Orationis</i> Opus, 478, VI.	
Societas precum pro A catholicorum conversione fundendarum, <i>ibid.</i> , VII.	
Societas Propagationis Fidei, <i>ibid.</i> , VIII.	
Societas Sanctae Infantiae, <i>ibid.</i> , <i>ibid.</i>	
Archiconfraternitas Sancti Petri, <i>ibid.</i> , IX.	
Societas S. Vincentii a Paulo, <i>ibid.</i> , <i>ibid.</i>	
Piae mulierum sodalitates, præsertim pro certis quibusdam misericordiae operibus instituendæ ac fovendæ, 479.	
Regula generalis in novis piis sodalitatibus instituendis sequenda, 480.	
Operariorum sodalitates ad normam Catholicam reducendæ, et Ecclesia benedicente instituendæ, 481.	
Quaedam média adhibenda ut fideles ad pias sodalitates alliciantur, 482.	
CONGREGATIONES PONTIFICIAE ,	36
Earum decisiones seu instructiones omnes, Romani Pontificis nomine latas, quatenus ad harum Provinciarum dioeceses spectant, debite publicandas, suscipiendas et observandas mandant Americae Septentrionalis Episcopi, 46.	
CONSTITUTIONES APOSTOLICAE ,	47
Satagant Episcopi ut recentiores præsertim Summi Pontificis Constitutiones et Literae Apostolicæ ad omnium subditorum suorum notitiam quam citissime perveniant, 59.	
CONSULTORES ,	53, 54
Consultores adhibere monentur Episcopi, 70, 71.	
CONTRITIO ,	146
Est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero, 272.	
<i>Vide ATTRITIO.</i>	
CONTROVERSIAE ,	96
De rebus vel personis ecclesiasticis amice componendæ, vel Episcopi iudicio submitteudæ, 156.	

DECRETA,	Pag.
Provincialium Conciliorum Decreta robur nullum habent donec Romani Pontificis iudicio fuerint rata ac recognita, 58.	46
Provincialia seu Plenaria Statuta quando et ubi promulganda, 67.	
Executioni mandantur Concilii Plenarii Baltimorensis II. Decreta, 533.	
In scholis Juris Canonici ac Theologiae, quasi norma quaedam explicentur eadem Decreta, 534.	
Subscriptiones Patrum Concilii Plenarii Baltimorensis II.,	271-4
DIOECESSES ,	60
Dioeceseon divisio in Episcopales et Metropolitanas, Primatiales et Patriarchicas ipsa Apostolorum tempora attingit, 80.	
DISPENSATIONES ,	174, 200
In bannis matrimonii publicandis non nisi gravissimis de causis concedendæ, 332, 333.	
In matrimoniis ineundis parcius, causisque bene perpensis ac uniformi agendi ratione ab Ordinariis concedantur, 385.	
Idque omnino gratis fiat, 386.	
ECCLESIA ,	5, seqq.
Eo fine a Christo instituta ut Revelatio Christiana inviolata conservetur, 4.	
Eam audire omnes tenentur, <i>ibid.</i>	
Catholica Ecclesia, cum Deum habeat Auctorem et Caput, necessario unica est ac divina, 5.	
Qui ei voluntarie resistunt damnationem sibi adquirunt, <i>ibid.</i>	
Extra Apostolicam Romanam Ecclesiam, neminem salvum fieri posse tenendum ex fide est, 6.	
Quam ardenti quamque suavi zelo errantes ab Ecclesiâ ad veritatem sint reducendi, 7, 8, 13, 27.	
Hierarchia sacra in Ecclesiâ a Christo constituta, 49.	
Ecclesiae est judicare de vero Scripturarum sensu, 15.	
Viva et infallibilis auctoritas ad verum Revelationis sensum docendum a Deo constituta, in eâ solâ viget Ecclesiâ, quae a Christo Domino supra Petrum aedificata est, nempe in Romanâ Cathedrâ, 52.	
Ecclesiae auctoritas in iis quae ad fidem, mores, ipsiusque regimen ac disciplinam respiciunt, nullatenus a civili potestate pendet, 50.	
Ecclesiae Dei ab omni mundano imperio independentia, 54.	
Ecclesiae Dei erga gubernium civile officia, <i>ibid.</i>	
Ecclesiae erga omnes agendi ratio, munera ac officia, 55.	
ECCLESIAE ,	111, seqq, 244
Nulla erigenda aut consecranda nisi prius fuerit Episcopo per instrumentum scriptum adsignata, quandocumque id fieri poterit, 183.	
Nemini in istis Provinciis competit jus patronatûs, 184.	
Eae interdicanur ecclesiae, quarum aeditui seu congregatio Episcoporum jura pertinaciter usurpare tentant, 186.	
Laici in ecclesiis verba ad populum facere, sine Ordinarii licentiâ, non permittendi, 194.	
Extra ecclesiam nunquam conferatur Baptismus, præter mortis imminentem casum in urbibus, aut graves causas ruri, 236, 237.	
Puerperae benedictio extra ecclesiam non fiat, 245, 246.	
Pecunia ad fores ecclesiarum non exigatur ut fideles divinis mysteriis adesse possint, 397.	

- An ecclesiae separatae pro Nigris sint erigendae? 485.
- EPHEMERIDES**, 256, seqq.
 Ephemeridum improbarum lectio a pastoribus cohibenda, bonae vero commendandae ac disseminandae, 505.
 Nulla Ephemeris pro Catholicâ agnoscat quae non Ordinarii approbationem prae se ferat, 506.
 Ephemerides *Organa Officialia* dictae, non sic intelligendae quasi singulis earum paginis Ordinarius gregem suum alloquatur ac doceat, 507.
 Quo sensu intelligenda sit Ordinarii approbatio foliis Catholicis data, 508.
 De habendâ Ephemeride aliquâ Religioni vindicandae unice deditâ, 509.
 Funesta pravorum librorum ac Ephemeridum pestis; remedium ei afferendum, 510.
- EPISCOPI**, 62, seqq. 37, 68
 Eorum dignitas et auctoritas divina, 82.
 Potestas Episcopalis, alia Ordinis et alia jurisdictionis, 83.
 Eorum Ordo a Christo in Ecclesia institutus, 49.
 Presbyteris superiores sunt, *ibid.*
 Quam gravia quamque sancta sint eorum munera, 88.
 Quanam virtutes praesertim eorum personam deceant, 85.
 Una cum Summo Pontifice judicantes a fide nunquam deficere possunt, 50.
 Episcoporum erga Petri Cathedram officia, 53.
 Contra sacrilegam Petri Patrimonii spoliationem protestantur Patres Concilii Plenarii Baltimorensis II., 47.
 Auxiliares aliive Titulares, quoniam pacto ad votum decisivum admittantur, 60 et in *subjectâ annotatione 2â.*
 Annua pensio ex ecclesiarum redditibus Ordinario tribuenda, 100.
- EPISCOPORUM ELECTIO**, 69, seqq.
 Quales esse debeant ad Episcopalem dignitatem assumendi, 101.
 Modus eos deligendi jure merito, a pluribus jam saeculis, ad Summum Pontificem reservatur, 102.
 Methodus in Episcoporum vel Coadjutorum electione in hisce Provinciis servanda, 103-6.
 Notularum forma quarum ratio in designandis presbyteris pro dignitate episcopali habenda est, 107.
- EPISCOPORUM OBLIGATIONES PERSONALES**, 80, 46, 65
 Praedicatio est Episcoporum munus praecipuum, 127.
 Satagant Episcopi ut recentiores praesertim Summi Pontificis Constitutiones et Literae Apostolicae ad omnium subditorum suorum notitiam quam citissime perveniant, 59.
 Si ex Dioecesi suâ ad tempus recedant, a quibus probanda eorum absentia, 91.
 Etiam ii qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur Concilii Provincialibus interesse debent, 56.
 Causae criminales contra Episcopos quomodo gerendae, tam majores quam minores, 87, 88.
- MUNERA QUAE SPECTANT AD REGIMEN DIOECESANUM**, 68, 65
 Ad sedem vacantem accedens Episcopus debet administrationis rationem exigere, 99.
 Frequenter et cum diligentia dioeceses suas visitare tenentur, 86.
 Libros habeant in quibus accurate recenseant ordinationes, etc., 92.
 In ecclesiis in quibus duo vel plures sunt sacerdotes unum designent qui sit pastor ecclesiae, 111.

- Facultates suas idoneis sacerdotibus, praesertim tempore sui obitus communcare possunt, 96.
 Quod si Sedes Episcopalis aliqua vacare contingat, cujus sit virum ecclesiasticum designare qui dioecesis regimen gerat, 97.
 Et requisitas ad hoc facultates tribuere, 98.
- MUNERA ERGA CLERUM DIOECESANUM**, 106, 65, 67, 77
 Seminariorum erectio Episcopis commendatur, inculcatur praecipiturque, 171-4.
 Quos tantum clericos titulo missionis ad sacros ordines evehere possint, et quâ conditione, 89.
 Sacerdotes saepius moneant Episcopi ut spiritualibus aliisque pietatis exercitiis vacent, munus suum obeant, etc., 95.
 Pastorum residentiae, Missae celebrationi, aegrotantiumque ministratiioni invigilent, 114.
 Sacerdotes suos dimittere non debent nisi constet eos ab alio Episcopo recipiendos esse, 122.
 Congruae sacerdotum, infirmorum vel aetate provectorum sustentationi provideant; quânam ratione, 90.
- MUNERA ERGA CLERUM EXTRANEUM**, 76, 78
 Quam cautionem adhibere debeant in facultatibus sacerdoti aliunde venienti concedendis, 110.
 Quibus conditionibus sacerdotes vagos et ignotos admittere vel in clerum suum cooptare possint, 120-1.
 Sacerdotes non admittant nisi habitis indubiis testimoniis, 122.
- MUNERA ERGA RES ECCLESIASTICAS**, 18, 67, 113, 119
 Curent Episcopi ut suffragia pro fidelibus defunctis instituta rite fiant, 22.
 Praefiniant quâ proportionem dona fidelium, sacramentorum occasione facta, inter sacerdotes eidem ecclesiae inservientes sint dividenda, 94.
 Quo modo bonorum ecclesiasticorum securitati providere debeant Episcopi, 187-193, 196.
 Quid de bonis communitatum a Superioribus inquirere debeant Episcopi, 189 (mitigatum juxta n. 191).
 Immo et praescribere, 190 (item.)
 Sacerdotum temeritatem in aedificandis vel reparandis ecclesiis repriment Episcopi; nec sinant eos aes alienum ecclesiae nomine vel causâ contrahere, 192.
 Ecclesiasticorum bonorum administrationis rationem quotannis exigant, 192, 196.
 Moneant sacerdotes ne res suas rebus ecclesiae immisceant; ut librum habeant quo res omnes ecclesiae recenseantur, 193.
 Bonorum ecclesiasticorum securitatem per testamentum accurate, solerter et duplici exemplari confectum procurare non praetermittant Episcopi, 188, 189, 191, 204.
Cetera quaere in verbo METROPOLITA.
- ERRORES SERPENTES**, 22, seqq.
 Errorum recentium causa, magnus numerus, necnon et praedicti characteres, 25.
 Novatores hodierni spiritu destructionis moventur, 26.
 Fortiter quidem cum errorum ducibus, leniter vero cum grege pastoribus tractandum, 27.

	PAG.
EUCARISTIAE SACRAMENTUM,	136
Eucharistiae Sacramentum sumere a Christo jubemur; quinam illius effectus, 254.	
Omni modo studeat pastor ut oves escâ hac coelesti et divinâ reficiantur et vivant, <i>ibid.</i>	
<i>Cætera quære in verbo COMMUNIO.</i>	
EXAMEN,	79, 107
Ab eo subeundum qui Ecclesiae parochiali est praeponendus, 126.	
Singulis annis, in Seminariis majoribus, in unâquaque disciplinâ habendum, 177.	
EXAMINATORES,	56, 255
Ut aliquot in Synodis nomen Episcopis consulitur; eorum munus quid esse possit, 76.	
Designentur examinatores librorum ab Episcopo approbandorum, 503.	
Etiam styli defectus et vitia corrigant examinatores, 504.	
Quaevis litaniae in honorem sancti cuiuslibet concinnatae temere non admittantur, <i>ibid.</i>	
EXPOSITIO ET BENEDICTIO SS. SACRAMENTI,	193, seqq., 125
Quantam utilitatem in hac regione habeat sollemnis S. S. Eucharistiae cultus, 374.	
Ritus in Caeremoniali et Manuali pro benedictione S. S. Sacramenti praescripti, striete observandi, 220.	
Quibus diebus conditionibusque sollemnis S. S. Sacramenti Expositio et Benedictio fieri possint, 375.	
Preces XL. Horarum indulgentiis auctae ac utilissimae, 376.	
Sedi Apostolicae supplicandum ut formâ pro Oratione XL. Horarum Dioecesi Baltimorensi concessâ cæterae Dioeceses uti possint, videlicet: 376.	
In XL. Horarum Expositione sedulo serventur quae in Caeremoniali exposita reperiuntur, 377.	
Quibus tempore, ordine et modo habenda sit XL. Horarum Expositio, singulis Ordinariis praescribendum relinquitur, 378.	
S. S. Eucharistiae cultorum sodalitatem institui expedit, <i>ibid.</i>	
EXTREMA UNCTIO,	161, seqq.
Quem ad finem a Salvatore institutus Extremae Unctionis ritus, 303, 304.	
Verum ac proprie dictum Novae Legis Sacramentum est Extrema Unctio, 305.	
Curent pastores ut fideles Sacramentum hoc debitis cum dispositionibus opportunoque tempore suscipiant, 306, 307.	
Quibus praebendum, 308.	
Quibus denegandum, 309.	
Quando iterandum, 310.	
Quantâ diligentia oleum ex olivâ ad hujus Sacramenti materiam conficiendam ab Episcopis procurandum, 311.	
Propositio Savannensis eâ de re Rev ^{mo} Abbati Cisterciensium facta, <i>ibid.</i>	
FESTA,	198, 199
Disciplina nostra ad universalis Ecclesiae disciplinam quam proxime accedat, 381.	
Quâ ratione eliminari possit nostra in Festis observandis diversitas, 382.	
Festi dies ut sunt retinendi, 383.	

	PAG.
Festum Patronale Beatae Mariae Virginis sine labe originali conceptae tanquam de praecepto celebretur, <i>ibid. et in subjectâ annotatione 1^a.</i>	
Petitiones de Festis in Provinciis S. Francisci et Oregonensi, ac in Dioecesi Sanctae Fidei, ad Sanctam Sedem directae, 383 <i>et in subjectâ annotatione 2^a.</i>	
Festum Patronale ecclesiae cujusque quomodo celebrandum, 384.	
FESTIVITATES,	204
Praecavenda sunt mala quae ex certis Festivitatibus vulgo <i>Pic-Nics, Excursions,</i> dictis, oriuntur, 396.	
FIDES,	7, seqq.
Extra Apostolicam Romanam Ecclesiam neminem salvum fieri posse tenendum ex fide est, 6.	
Fides divina quid sit; quibus concedatur, 9.	
Quam necessaria et quam utilis, 9, 12.	
Fidei divinae ratio humana nec contraria, nec aequiparanda, 10, 11.	
Fidei ac rationis limites, veraque relatio, 11.	
Raymundi Lulli circa necessitatem fidei propositio damnata, <i>ibid.</i>	
A pastoribus praedicanda est fides et urgenda, 13.	
FONTES BAPTISMALES,	130
Fontes baptismales <i>sub clavi</i> in unâquaque ecclesiâ erigantur, 234.	
FUNDATIONES,	191
Absque Episcopi vel Praelati Regularis consensu non acceptentur, 370.	
Quam caute in his rebus procedendum, <i>ibid.</i>	
Abusus quidam in hac materiâ non tolerandus, <i>ibid.</i>	
HABITUS RELIGIOSUS,	213
Nemo ad habitum Religiosum admittatur absque testimonialibus literis tum Ordinarii originis, tum etiam Ordinarii loci, 414.	
HIERARCHIA,	40, 59
Hierarchia sacra in Ecclesiâ a Christo constituta, 49.	
Ecclesiae hierarchiae varietas, unitas, simul et divina soliditas, 51.	
Hierarchiae Catholicae in diversitate unitas describitur, 79, 80.	
INDIFFERENTISMUS,	24, seqq.
Hanc pestem late grassantem Summi Pontifices verbis et monitis cohibere sategerunt, 28, 29.	
A Pio Papâ IX. monentur Episcopi ut contra Indifferentismum invigilent, 30.	
Ad incredulitatem, infidelitatemque viam parat Indifferentismus, 31.	
INDULGENTIAE,	158, seqq. ®
Quem ad finem indulgentias elargiendi potestatem Ecclesiae suae fecit Deus, 297.	
Quid sint Indulgentiae, 298.	
Quid circa illas credendum, 299.	
Conditiones ad lucrandas Indulgentias requisitae, 300.	
Quid de Indulgentiis plebem fidelem doceré debeant divini verbi praedicatores, 301.	
Quenam praesertim fidelibus proponendae, 302 <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
INFERNUS,	18
Damnatur error quorundam vel aeternam poenarum durationem denegantium, vel earumdem severitatem mitigantium, 21.	

	Pag.
JEJUNIA,	198, 199
Quâ ratione eliminari possit nostra in jejuniis observandis diversitas, 382.	
Petitiones de jejuniis in Provinciis S. Francisci, Oregonensi, ac in Dioecesi Sanctae Fidei ad S. Sedem directae, 383.	
JUDICES CAUSARUM,	57
Quas partes agant in criminalibus presbyterorum causis, 77.	
JUSPATRONATUS,	111
Nemini in istis Provinciis competit, 184.	
LIBER,	66, 115, 192
Libros habeant Episcopi in quibus accurate recenseant Ordinationes, etc., 92.	
Librum habeant sacerdotes quo res omnes ecclesiae recenseantur, 193.	
Libri duo Missarum in singulis ecclesiis adsint, 371.	
LIBRI BONI,	248, 252
Ex arte typographicâ plurima et praeclara in literas, scientias, Religionemque ipsam redundant commoda, 492.	
Libri catholici disseminandi, 493.	
Societates ad libros bonos edendos et disseminandos constituendae, 499.	
Incitantur scriptores periti ut tales libros conscribant, <i>ibid.</i>	
LIBRI PRAVI,	249, seqq., 220
Ex arte typographicâ multiformia in Religionem mala redundant, isto praesertim saeculo, 493.	
Libellorum enim cuniculis, christifidelium fidei ac moribus magnopere lugendum infertur detrimentum, 494.	
Funesta pravorum librorum ac Ephemeridum pestis; remedium ei afferendum, 510.	
Pastores moneant fideles, patresfamilias ut libros quoscumque Religioni aut bonis moribus injuriosos procul a se suisque domibus arceant, 495.	
Libri fidei infensi in scholis non tolerandi, 428.	
Expurgati atque ab Episcopis approbati libri in scholarum usum edantur, 496.	
Quibus commissum fuerit munus ejusmodi libros seligendi, componendi vel corrigendi, 497.	
Cum quânam approbatione, et ex quâ auctoritate hi libri sint typis mandandi, <i>ibid.</i>	
LIBRI PRECUM,	201, 254, seq.
Illi tantum precum ac catecheseos libri usurpentur qui cum Ordinarii approbatione editi fuerint, 387.	
Moneantur fideles ut a precum libellis abstineant, qui sine Ordinarii approbatione circumferantur, 502.	
Designentur examinatores librorum ab Ordinario approbandorum, 503.	
LIBERTAS RELIGIOSA,	206
Libertas religiosa Catholicorum qui exercitui vel classi adscripti sunt omni optuenda, 400.	
LIBERTI. Vide NIGRI.	
LINGUA,	110, 124, 187
Lingua Germanicam in Seminariis doceri expedit, 181.	
Lingua Latina in Sacramentis administrandis, et in defunctorum sepulturâ adhibenda, 214, 215.	

	Pag.
Indulgetur ut in iisdem casibus preces quaedam in vernaculâ linguâ vertantur, latinâ tamen formâ nunquam omissâ, <i>ibid.</i> , <i>ibid.</i>	
Carmina vernaculo idiomate, inter Missarum solemnias, vel Vesperas, decantare non licet, 361.	
LITERAE,	169, 167, 76, 213
Quales literas testimoniales Episcopo exhibere debeant ecclesiastici alumni antequam in aliud Seminarium admittantur, 322.	
Ad Ordines promovendi testimonia exhibeant, 316, 320.	
Si quis a propriae originis loco discesserit, tenetur literas dimissoriales Ordinarii suae originis, Episcopo ordinanti offerre, 321.	
Literae testimoniales seu dimissoriales a sacerdotibus exhibendae qui ad aliam dioecesim transeunt, 110.	
Nullus ad habitum religiosum admittatur absque testimonialibus literis tum Ordinarii originis, tum etiam Ordinarii loci, 414.	
LUDI,	96
Clerici ludos fugiant illicitos, vel qui scandalum parere possint, 154.	
MAGNETISMUS,	28, 29
Magnetismi abusus quales sint, 33, 35.	
Regula agendi ad praecavendos Magnetismi abusus a S. Sede constituta, 34.	
Eadem regula a S. Congregatione S. Officii explicatur, 35.	
Somaambulismi praestigia, <i>ibid.</i>	
Clarae Intuitionis praestigia, <i>ibid.</i>	
MANUALE CAEREMONIARUM,	124, 125, 197
Liber Caeremonialis ad usum cleri anglice conscribendus, 216, 219.	
Ubique in Foederatis Provinciis servandus praescribitur, 217, 219.	
Ritus in Caeremoniali et Manuali praescripti pro benedictione S. S. Sacramenti, strictè observandi, 220.	
Item caeremoniae pro Vesperis minus solemnibus, pro Missâ cantatâ sine Diacono et Subdiacono, 379.	
MARIA VIRGO,	20, seq.
Ejus praeeminentia supra omnes sanctos, 24.	
SINE LABE CONCEPTA in Patronam Americae Foederatae Statuum electa, <i>ibid.</i>	
Immaculata Ejus Conceptio a Pio Papa IX. solemniter definita, <i>ibid.</i>	
MATRIMONIUM,	170, seqq.
Sub Novâ Lege duorum tantum indissolubilis nexus, 324.	
Errores <i>liberi amoris</i> et polygamiae, 325.	
Per legis civilis auctoritatem penitus abrumpi nequit matrimonii vinculum, 326.	
Qui divortio civili sejuncti sunt, sub excommunicationis poenâ prohibendi ad nova vota transire, 327.	
Regulae ad removenda dubia de morte conjugis, 328.	
Matrimonio jungendos per Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta, et juxta modum alias jure praescriptum, omni sollicitudine disponant pastores, 329, 330.	
Banna publicanda, 331.	
Dispensatio in hac re non nisi gravissimis de causis concedenda, 332, 333.	
Ut ubique introducatur praxis Matrimonia intra Missam benedicendi hortantur Patres, 333.	
Tridentini decreti de clandestinitate promulgatio in istis Provinciis nondum expedire judicatur, 340.	

- MATRIMONIA MIXTA**, 174, seqq.
 Dissuadenda; quibus conditionibus permittenda, 334.
 Magnâ cautione promissiones in Matrimoniis mixtis exigantur, 335.
 Fideles a mixtis istis conjugiiis omni operâ deterreantur, 336.
 Quomodo sese gerere debeant sacerdotes erga eos qui matrimoniale foedus eorum ministris sectarum jam inierunt, vel sunt inieri, 337-9.
- METROPOLITA**, 59, seqq.
 Metropolitanæ nomen; ejus officium a tempore Apostolorum repetendum, 78, 80.
 Metropolitanæ dignitas et potestas, 79.
 Quænam jura ex hodiernâ Ecclesiæ praxi in suffraganeos exercent, 81.
- MILITES**, 206, 207
 Libertas religiosa militum omni ope tuenda, 400.
 Sacerdotum ministerio juventur, 401.
 Militibus defunctis, Catholicorum eorum orphanorum salutem prospiciatur, *ibid.*
- MISSA. Vide SACRIFICIUM MISSÆ.**
- MISSIONES**, 237, seqq.
 Commendatur Missionariorum in unâquâque diocesi institutio ad *Missiones* dandas, 473.
 Quas, ubicumque poterunt, procurare debent animarum pastores, *ibid.*
 Ad hoc opus vocentur vel Regulares vel Saeculares Sacerdotes qui, si necesse sit, redditibus sustententur, 474.
 Quâ ratione in loco Missionis se agere debeant viri illi, 475.
 Omnem turpis lucris speciem diligenter præcaveant, 476.
 Ubi abundat Nigrorum multitudo, nullâ morâ Missiones instituuntur, ad quas invitentur omnes istius coloris homines, 487.
- MONIALES**, 213, seqq., 138, 246
 Quot et quanta beneficia in Christianam Rempubicam in hac regione, cunctis mirantibus, contulerint, 415.
 Praesulum in earum bonum spirituale magna sollicitudo, 416.
 Quales confessarios tum ordinarios tum extraordinarios eis assignent vel assignandos curent Episcopi, et quam frequenter, 417.
 Quale esse debeat earum Directorum studium, qualisque agendi ratio, 418.
 Regulae in frequenti Communione Monialibus ab animarum moderatoribus permittendâ commendantur, 258.
 Quarum vota sint solemnia, 419, I., 420.
 Quænam votorum solemnium professioni præmittenda, 419, III., 421 *et in subjectâ annotatione.*
 Quarum vota sint simplicia tantum, 419, IV., V., 420.
 In conventibus suis permaneant; contraria consuetudo ab Ordinariis non toleretur, 422.
 Libertinorum puerorum educatio Ordinibus Religiosis utriusque sexus commendatur, 489.
- MULIERES**, 101, 158
 Mulierum consortio vel familiaritate nimîa non utantur clerici, 164.
 Clericorum famulae maturioris sint ætatis, ejusque virtutis et famæ de quibus nulla haberi possit suspicio, *ibid.*
 Quomodo erga illas agere debeant clerici, *ibid.*
 Confessiones mulierum extra Confessionale non audiendae sine Ordinarii licentiâ, nec unquam in privatis aedibus, nisi per crates interpositas, et in loco patenti, 294-6.

- NIGRI**, 243, seqq.
 Pastoribus onus incumbit pro Nigris speciatim invigilandi qui majori periculo exponuntur, 483.
 Ut statim emancipatorum salutem et Christianæ educationi provideatur summæ necessitatis est, 484.
 An ecclesiæ separatæ pro Nigris sint erigendæ, vel potius ad ecclesias cum aliis frequentandas sint invitandi, 485.
 Ubi abundat Nigrorum multitudo, nullâ morâ interpositâ, Missiones instituuntur ad quas invitentur omnes istius coloris homines, 487.
 Ad quod opus peragendum, virorum Apostolicorum ex saecularibus sacerdotibus, ac superiorum Ordinum Regularium, invocatur auxilium, 488.
 Libertorum puerorum educatio Ordinibus Religiosis utriusque sexus commendatur, 489.
 Ubicumque id fieri poterit, scholæ catholice pro Nigris statuuntur, *ibid.*
 Emancipatorum orphanis omnino provideatur, 490.
 De his omnibus in Conciliis Provincialibus diligenter tractandum erit, 491.
- NOTULAE**, 73, 74
 Notulae Episcoporum, nomina sacerdotum pro dignitate Episcopali proponentium, cum maximâ curâ conficiendæ, 106, II.
 Harum notularum forma, 107.
- OECONOMUS**, 55
 Episcopis valde utile erit Oeconomum seu Procuratorem in temporalibus rebus gerendis adhibere, 75.
- ORDINARIÏ. Vide EPISCOPI.**
- ORDO**, 165, seqq.
 Omnia sacramenta ab Ordinis sacramento pendent, 312.
 Sacramenti Ordinis institutio, *ibid.*
 Item et effectus, 313.
 Per Ordines diversos in Episcopatum tenditur, 314.
 Ut quis ex Presbyterorum ordine ad Episcopatum evehatur, Sedis Apostolicæ auctoritas sola requiritur, 315.
 Ad Ordines promovendi periculum suæ scientiæ faciant, et testimonia exhibeant, 316.
 Unusquisque ordinandus est a proprio Episcopo, i. e. ab Episcopo, cui, ratione sive originis sive domicilii, subditur, 317.
 Quis sit originis locus, 317.
 Locus originis qualis pro neo-baptizatis et ex hæresi aut infidelitate conversis, 317.
 Quis subditus ratione domicilii, 317, 318, 321.
 Ab alieno Episcopo nemo ordinetur nisi secum afferat proprii Episcopi literas dimissoriales, immo, quodam saltem in casu, et literas testimoniales, 320.
 Si quis a propriæ originis loco discesserit, tenetur literas testimoniales Ordinarii suæ originis Episcopo ordinanti offerre, 321.
 Quales literas testimoniales Episcopo exhibere debeant ecclesiastici alumni, antequam in aliud Seminarium admittantur, 322.
 Titulus aliquis canonicus ad ordinationem necessarius, 323.
 S. Sedi supplicandum censetur ut protrahatur facultas harum Provinciarum Episcopis hucusque concessa ordinandi titulo missionis, quæ benigne conceditur, 323 *et in subjectâ annotatione 1^a.*

	PAG.
PANTHEISMUS,	27
Infidelitatis quaedam species est, 32.	
PAROCHI,	79, 75
Ut sint apud nos Parochi proprie dicti tempora nondum patiuntur, 123.	
Praesulum mens est ut paulatim disciplina nostra hac in re Ecclesiae universae disciplinae conformetur, <i>ibid.</i>	
Districtus ecclesiastici, paroeciarum instar, assignentur cum juribus quasi-parochialibus, 124, <i>et in subjectâ annotatione.</i>	
Jus <i>inamovibilitatis</i> , ecclesiarum hisce in Provinciis rectoribus, non competit, 125.	
Parochiale beneficium Neo-Aureliae a lege harum Provinciarum generali excipitur, 108.	
<i>Cætera quære in verbis PASTORES, SACERDOTES.</i>	
PASTORES ANIMARUM	
EORUM INSTITUTIO — POTESTAS DEPENDENTI DISCRETOQUE MODO EXERCENDA,	
	79, 76, 116
Examen subeundum ab eo qui alicui ecclesiae parochiali est praeponendus, 126.	
In ecclesiis ubi duo vel plures sunt sacerdotes, quisnam censendus sit talis ecclesiae pastor, 111.	
Soli pastori ab Episcopo designato competit administratio ecclesiae, 112.	
Sacramenta Baptismi et Matrimonii conferre prohibentur fidelibus ex aliis dioecesibus, 117.	
Absque Ordinarii auctoritate aeditui non constituentur, 198.	
EORUM PRAECIPUA MUNERA,	
	12, 77, 206, seqq., 223, 261
Quid gregem sibi creditum edocere debeant, 13, 113, 115, 206, 228, 245, 269.	
Pueros, rudes rudimenta fidei edoceant, 113, 115.	
Et quidem per se, eos edoceant, 438.	
Acerrime ac saepius reprehendant parentum Catholicorum socordiam, qui parvulos non statim baptismatis sacramento muniendos curant, 225.	
Lectio improbarum ephemeridum a pastoribus animarum omnino cohibenda, 505.	
Infirmorum ac agonizantium debitam curam habeant, 114, 116.	
Eorum obligatio circa SS. Viatici administrationem, 262.	
Nemo absolutione sacramentali donetur, nisi a secretis societatibus prorsus recedat, 513.	
Benedictio mulieris post partum nec promiscue, nec extra ecclesiam vel locum ubi sacrum fit, conferatur, 246.	
Librum habeant quo res omnes ecclesiae recenseantur, 193.	
Res suas rebus ecclesiae non immisceant, <i>ibid.</i>	
EORUM PRAECIPUAE VIRTUTES,	
	8, seqq., 75
Quam ardenti quamque suavi zelo errantes ab Ecclesiâ ad veritatem sint reducendi, 7, 8, 13, 27.	
Vi promissionis in ordinatione emissae, inserviant missioni ab Episcopo designatae, 108.	
A servitio ecclesiae cui addicti fuerint sine licentiâ Episcopi discedere nequeunt, 109.	
AB EIS VITANDA,	
	97, 125
Non divitiis inhiant, 157.	
Ne quid pro sacramentorum administratione exigere, petere, aut pascisci quisquam audeat, 221.	

	PAG.
De stipendiis suis cujusque generis, occasione concionis, vel quovis alio praetextu, e suggestu vel altaris loco, saepe saepius verba non faciant, 158.	
<i>Cætera quære in verbis SACERDOTES, PRAEDICATORES VERBI DIVINI, SCHOLAE PAROCHIALES et ZELUS.</i>	
PATRINI,	129, 128, 136
Unus saltem, vel ad summum duo habeantur, 231.	
Quaenam esse debeant eorum qualitates, <i>ibid.</i>	
In baptismo infantium A catholicorum patrini debent esse catholici, 229.	
In Confirmatione administrandâ adhibeantur, 253.	
POENITENTIA,	145
Poenitentiae sacramentum a Christo ad hominum remittenda et retinenda peccata institutum, 270.	
Absolutio sacramentalis est actus vere judicialis, 271.	
<i>Vide CONFESSARIUS, CONFESSIO, CONTRITIO, SATISFACTIO.</i>	
PONTIFEX ROMANUS,	34, seqq.
Romani Pontificis asseritur Primatus et suprema auctoritas ex jure divino, 42.	
Suam ei reverentiam et obedientiam profitentur Americae Foederatae Praesules, 43.	
Totius Ecclesiae est Pastor, 44.	
Constitutiones Apostolicas suscipiunt et promulgare satagent Americae Septentrionalis Episcopi, 45.	
Cardinalium Congregationum decisiones seu instructiones omnes, Romani Pontificis nomine latas, quatenus ad harum Provinciarum dioeceses spectant, debite publicandas, suscipiendas et observandas mandant eidem Episcopi, 46.	
Patres Concilii Plenarii Baltimorensis II. contra sacrilegam Petri Patrimonii spoliationem protestantur, 47.	
Praescribuntur collectae in subsidium Confraternitatis S. Petri per singulas harum Provinciarum dioeceses faciendae; quo tempore, quâque ratione hae sint absolvendae, 48.	
PONTIFICALLA,	208
Relaxatus rigor decretorum de Pontificalibus in aliis praeterquam in propriis ecclesiis exercendis olim latorum, 404.	
PRAEDICATORES VERBI DEI,	80, seqq., 160, 206
Quibus incumbat munus verbum divinum praedicandi, 127.	
Nullus contradicente Episcopo praedicare praesumat, 128.	
Quomodo parati ad concionem accedant, 136.	
Quibus temporibus verbum Dei sit annuntiandum, 128.	
Quaenam in praedicationibus annuntianda, 129, 130, 132, 206, 300, 301.	
Quae omnia clare et lucide explicentur et cum auctoritate doceantur, 131.	
Catechismi Romani normam in praedicatione suâ sequantur, 133.	
Concionatoris zelus sit ardens et perseverans, 134, 135.	
Ipsius sermo sit <i>facilis</i> , non autem humilis, rudis aut incompressus, 137, 138.	
Sitque brevis, 144.	
Exempla praecipua intermisceat, 139.	
In referendis miraculis et prodigiis summâ prudentiâ utantur; ineptas fabulas vitent, <i>ibid.</i>	
In vitis insectandis eorum sermo sit gravis, et, si expediat, acer, 140.	
Ad privatam injuriam ulciscendam sacro loco et tempore abuti nequaquam audeant, <i>ibid.</i>	

- Doctrinam puram, sinceram integramque tradant, 141.
 Doctrinae sacrae nihil de eventibus quotidianis, civilibus politicisve immisceant, 142.
 De rebus politicis nunquam e suggestu fiat sermo, 399.
 Quid annuntiandum exequiarum tempore, 143.
 Quae praecepturi sunt exemplo suo praemuniant, 145.
 Quos ex praedicatione sua fructus excipiendos sibi proponant, 146.
 De stipendiis suis, cujuscumque generis, occasione concionis vel quovis alio praetextu, e suggestu vel altaris loco, ne saepe saepius verba faciant, 158.
- PRECES**, 205
 Nullae preces publicae in templis recitentur praeter quas Ecclesia ipsa approbavit, 398.
- PRESBYTERI. Vide SACERDOTES, PASTORES ANIMARUM, CLERICI.**
- PRIVILEGIA**, 76, 111, 211
 Societatibus quibusdam et Missionariis Apostolicis concessa de sacris muneribus exercendis privilegia, salva declarantur, 110.
 Nihil derogatur privilegiis Regularium quoad ecclesias quibus inserviunt, 108.
 Regularium privilegia sarta tecta declarantur, 183.
 Eorum jura et privilegia ab Episcopis tuenda; quo pacto id fieri possit, 408.
- PUERI**, 77, 140
 Ad Religionem a pastoribus informandi, 113, 115.
 Quam ratione et quo modo sint prima vice ad sacram mensam admittendi ac praeparandi, 260.
 Quanam aetate, 261.
- PUERPERA**, 134
 Puerperae benedictionem commendent pastores, quae tamen nec temere nec extra ecclesiam fiat, 245, 246.
- PURGATORIUM**, 18, 19
 Ejus existentia, 22.
 Animae in eo detentae fidelium suffragiis, potissimum vero Missae sacrificio, juvari possunt, *ibid.*
 Quod ad aedificationis normam docendum, *ibid.*
 Curent Episcopi ut pietatis opera, quae a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta, pie et devote fiant, *ibid.*
- RATIO HUMANA**, 3, seqq.
 Impotens est ad homines edocendos viam veritatis et vitae, 1.
 Fidei Christianae omne obsequium praebet oportet, 3.
 Fidei divinae nec contraria, nec aequiparanda, 10, 11.
 Rationis et fidei limites, veraque relatio, 11.
- REGESTA**, 66, 125, 192
 Libros habeant Episcopi in quibus accurate recenseant ordinationes, etc., 92.
 Libri Baptismorum, Confirmationum, Matrimoniorum et Sepulturarum apud pastores habeantur, 222.
 Quanam norma texendi, 223.
 Omnia nomina in Baptismo imposita in libro baptismatum recenseri debent, 233.
 In singulis ecclesiis adsint catalogus, duoque Missarum libri, 371.
- REGULARES**, 209, seqq., 75, 111, 246
 Per multa bona ex Regularium laboribus in suis dioecesibus prodiisse profitentur Praesules, 405.

Pag.

Pag.

- Tum dioeceseon, tum ipsorum Ordinum bonum postulat, ut Religiosi a conventionibus cum Episcopis factis non resiliant, 406.
 Quam conditione Communitates Religiosae opus quodcumque, saltem proprie dictum dioeceseon deserere possint, 407.
 Eorum jura et privilegia ab Episcopis tuenda; quo pacto id fieri possit, 408.
 Nihil derogatur privilegiis Regularium quoad ecclesias quibus inserviunt, 108.
 Regularium privilegia sarta tecta declarantur, 183.
 In iis quae respiciunt curam animarum, aut sacramentorum administrationem, Regulares, etiam exempti, episcopialium legum sanctionibus parere per leges canonicas coguntur, 410.
 In quibus iidem Regulares Episcoporum jurisdictioni subsint, 411, 412.
 Eleemosynas colligentes secum afferre debent Superioris sui licentiam, 120.
 Libertorum puerorum educatio Ordinibus Religiosis utriusque sexus commendatur, 489.
 Regulares censuras a jure latas incurrunt qui ecclesiam vel Religiosam personam coram civili tribunali temere citant de re juris stricte ecclesiastici, 156.
 Modus quidam praecavendi controversias circa ecclesiam vel domum a Congregatione vel Ordine Religioso fundandam, 203.
 Nullus ad habitum Religiosum admittatur absque testimonialibus literis tum Ordinarii originis, tum etiam Ordinarii loci, 414.
- REVELATIO DIVINA**, 3, seqq.
 Quam utilis quamque necessaria homini fuerit, 1.
 Humano generi a Deo per Filium concessa, 2.
 Divinam esse Christi Revelationem multa et splendida argumenta demonstrant, 3.
 Ad eam inviolatam conservandam Christus Ecclesiam suam fundavit, 4.
 Qui verae Religionis invincibili ignorantia laborant nulla ipsos obstringit hujus rei culpa, 6.
 Imo, si rectam vitam agant, possunt, divinae lucis et gratiae operante virtute, aeternam consequi vitam, 8.
- RITUALE**, 123, seqq.
 Rituale Romanum sedulo ab omnibus apud nos servandum, 210, 211, 218.
 Accurata editio Romani Ritualis ejusdemque breve exemplar in lucem cum appendice edenda, 212, 213, 215.
 A sacerdotibus adamussim servanda, 218.
- SACERDOTES**.
EPISCOPO SUO SUBJACEANT, 43, 75, seqq., 77
 Episcopis subjecti sint, 53.
 Vi promissionis in ordinatione emissae, missioni inserviant ab Episcopo designatae, 108.
 A servitio Ecclesiae cui addicti fuerint, sine licentia Episcopi discedere nequeunt, 109.
 Dioecesi in quam cooptati sunt inservire tenentur, *ibid.*
 Quandonam in aliam dioecesim cooptati censeantur, *ibid.*
 A proprio Episcopo non dimittendi, nisi constet eos ab alio Episcopo recipiendos esse, 122.
 Vagos et ignotos sacerdotes quibus conditionibus in clerum suum cooptare possint Episcopi, 121.
 Titulo missionis ordinati regulare aliquod institutum ingredi non possunt absque Episcopi venia in scripto data, 93 et in subjecta annotatione.

- Si criminis postulentur juxta quam formam judicandi, 77.
- DE IPSORUM VITA,** 104, 123, seqq.
- Qualis esse debeat sacerdotum vita, 169.
- Plura alia sacerdotibus commendantur injungunturve, 209, 220, 228, 258, 259, 264, 265, 268, 399.
- INTRA POTESTATIS SUAE, ECCLESIASTICAEQUE DISCIPLINAE LIMITES SE CONTINEANT,** 76, seqq., 206
- In ecclesiis ubi duo vel plures sunt sacerdotes, quisnam censendus sit talis ecclesiae pastor, 111.
- Si ob publicas necessitates preces vernaculo sermone recitari in fidelium coetibus visum fuerit, id non nisi statuente Ordinario fiat, 399.
- Laicos in ecclesiis verba ad populum facere sine Ordinarii licentiâ non permittant, 194.
- Nullus sacerdos elemosynas extra congregationem, vel dioecesim suam, absque licentiâ Episcopi colligat, 119.
- Facultates revocantur quae anno 1810 concessae fuerant sacerdotibus juxta limites variarum dioeceseon degentibus, 118.
- Cetera quæ in verbis CLERICI, PASTORES ANIMARUM, ZELUS.*
- SACRAMENTA,** 121, seqq.
- Novae Legis sacramentorum mirabilis institutio et efficacia, 205.
- Per Ecclesiae ministros impertienda, 207.
- Varia in sacramentorum administratione servanda, 207-9.
- Ne quid pro sacramentorum administratione exigere, petere aut pacisci quisquam audeat, 221.
- SACRAMENTALIA,** 178, seqq.
- Quid sint; quam virtutem habeant, 341.
- Quaenam sint, 342.
- Preces leviora peccata delent, 343.
- Aquae lustralis usus antiquus, necnon et effectus; ab omnibus sacerdotibus aqua benedicenda, 344.
- Eulogiarum, seu panis benedicti usus et virtus, 345.
- Generalis confessionis efficacia, 346.
- Elemosynae effectus salutare, 347.
- Item et Benedictionum, 348.
- Quaedam alia quae ad sacramentalia referuntur, 349.
- Tum contra contemptum, tum contra superstitionem venerationem erga sacramentalia, fideles praemuniantur, 350.
- S. S. SACRAMENTUM,** 143, seqq.
- Externo obsequio, juxta omnia Ecclesiae praecepta, in ecclesiis asservari debet S. S. Sacramentum, 265.
- In quibus ecclesiis aut sacellis S. S. Sacramentum conservari vel debeat, vel possit, 265.
- Varia praecipuntur ad S. S. Eucharistiae conservationem spectantia, 266.
- Lampas semper accensa coram S. S. Sacramento habeatur, 267.
- S. S. Eucharistiae particulas semel saltem in hebdomadâ renovandas esse injungitur, 268.
- Gregem suum ad S. S. Sacramentum invisendum tum verbo tum exemplo excitet pastor, 269.
- SACRIFICIUM MISSAE,** 182, seqq.
- S. S. Sacrificii a Christo instituti supereminetia, 351.

- Per Missae sacrificium non derogatur crucis sacrificio, 352.
- Tum pro vivis, tum pro defunctis in Domino, offerri potest, 353, 354.
- Eucharistici sacrificii praestantiam et fructus populum doceant sacerdotes, necnon et quando ei interesse debeant, 365.
- S. S. SACRIFICII CELEBRANDI OBLIGATIO,** 189, seqq.
- Ex divino praecepto ab omnibus animarum curam habentibus pro ovibus ipsis commissis offerendum, 366.
- Quibus diebus ad id teneantur, 366-8 et in subjectâ annotatione.
- Licet accipere stipendium ad Missam celebrandam a singulis Ordinariis pro suo clero determinatum, 369.
- Qui, accepto stipendio, Missam celebrare, praesertim pro recenter defunctis, ultra tempus communiter admissum differt, justitiam violat, *ibid.*
- Fundationes absque praevio Episcopi vel praelati regularis consensu non acceptentur, 370.
- Quam caute hisce in rebus procedendum, *ibid.*
- Abusus quidam in hac materiâ non tolerandus, *ibid.*
- In singulis ecclesiis adsint catalogus duoque Missarum libri, 371.
- S. S. SACRIFICII CELEBRATIO,** 192, 185, seqq.
- Aptissima materia adhibeatur ad conficiendum sacrosanctum Missae sacrificium, 372.
- Quâ ratione vinum certo genuinum procurari possit, 373.
- Missa non nisi in locis ab Ordinario approbatis celebranda, 362.
- Cum quali praeparatione ac puritate tantum sacrificium sit celebrandum, 355, 356.
- Ipsius praescripti ritus et caeremoniae, ne minimo quidem in eis addito, dempto vel mutato, servari debent, 357, 358.
- Quam munda et decora ea omnia esse debent quae sacrificio Missae inserviunt, 359, 360.
- Quo pacto verba Missae sint proferenda: festinatio et prolixitas in ea pariter vitandae, 363.
- Intra Missam, ab altari nunquam descendant sacerdotes, 364.
- Eliminentur abusus qui in cantu ecclesiastico invaluerunt, 361.
- Carmina vernaculo idiomate, inter Missarum solemniam, decantare non licet, *ibid.*
- SACRISTIA,** 158
- Confessiones in sacristiâ non audiendae, nisi locus sit publicus et patens, 296.
- SANCTI,** 19
- Sanctorum veneratio et invocatio sine exaggerationibus docendae, et ab oppositis erroribus vindicandae, 23.
- SATISFACTIO SACRAMENTALIS,** 154, 155
- Quid sit et qualis imponi debeat, 288, 289.
- SCHOLAE,** 218, seqq.
- Ecclesia cunctorum hominum Magistra a Christo instituta, 423.
- Zelo ardoreque divino semper et ubique incubuit Mater Ecclesia ut Christianam juventutem rite erudiret ac pie educaret, 424.
- Quae juventutis institutio inter praecipuas pastoralis sollicitudinis partes recensenda est, 425.
- Quam gravia mala, quamque intrinseca pericula juventuti catholicae ex frequentatione scholarum publicarum obveniant, 426.

- SCHOLAE PAROCHIALES, 220, seqq., 197
- Scholae pro Catholicis pueris instituendae, 427.
 Hisce parochialibus scholis, extruendis operam suam pro viribus conferant animarum pastores, 432.
 Parentes monendi ut suas opes generose effundant scholas parochiales erigendi et sustentandi causâ, 434.
 Ad providendum efficacius scholis parochialibus, sodalitatum seu Congregationum piarum multiplicatio commendatur, 432.
 His deficientibus, quibus saecularibus hominibus munus instituendae pueritiae committendum, 433.
 A scholis arcenda Aatholicorum biblia, cantica et praeces, 429.
 Libri fidei infensi in scholis non tolerandi, 428.
 Expurgati atque ab Episcopis approbati libri in usum scholarum edantur, 496.
 Ut cantus Gregoriani rudimenta in scholis parochialibus exerceantur valde exoptandum est, 380.
- SCHOLAE DOCTRINAE CHRISTIANAE, 222, seqq.
- Ubi desunt scholae exclusive catholicae, catecheses et scholae Doctrinae Christianae instituuntur; ad quem modum, 435, 436.
 Parentes omni arte inducendi ut eâ in re partes suas agant, 437.
 Pueros rudimenta fidei per se edoceant pastores, 438.
 Saepius per annum moneantur parentes de liberis suis ad S. Eucharistiae et Confirmationis Sacramenta praeparandis, 440.
 Saltem quater in anno pueros qui nondum S. Eucharistiae participes facti sunt Christianam Doctrinam edoceant pastores, 442.
 Pueros, qui ad septennium pervenerint, ad Confessionem accedere curent; qui vero Panem coelestem discernere valent, ad primam Communionem disponantur, *ibid.*
 Curent pastores ut quotannis Ordinarios certiores faciant de numero eorum qui superiori anno primâ vice ad S. Synaxim admissi fuerint, 441.
- SCHOLAE INDUSTRIAE SEU REFORMATORIAE, DOMUS REFUGII SEU PROTECTIONIS, 225, seqq.
- Parvuli nostri sacro baptismi fonte renati a sinu Ecclesiae matris avelluntur, 443.
 In domos Refugii dictas conjiciuntur ut ad haeresim et avitae fidei odium educantur, 444.
 Quodnam sit Domorum Refugii, Scholarum Industriae et Reformato-
 riarum institutum, 445.
 Pias hujusmodi Domos ubique constituant Episcopi, 446.
- SCRIPTURA SACRA, 13, seqq., 42
- Omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum utriusque Deus sit auctor, Christi Ecclesia pari pietatis affectu ac reverentiâ suscipit ac veneratur, 14.
 Ecclesiae est de Scripturae sensu judicare, 15.
 Biblia ab Aatholicis vitata a suis ovibus arceant pastores, 16.
 Duacensis versio in usu retineatur, *ibid.*
 Viva et infallibilis auctoritas ad verum Revelationis sensum docendum a Deo instituta, in eâ solâ viget Ecclesiâ, quae a Christo Domino supra Petrum aedificata est, nempe in Romanâ Cathedrâ, 52.

- SEDES EPISCOPALES, 266, seqq.
- Novarum Sedium novorumque Vicariatuum Apostolicorum erectio a S. Sede postulatur, 524-30.
 Ut Sedes Philadelphiensis et Milwaukiensis ad dignitatem Archiepiscopalem erigantur, insuper ut Episcopus Nashvillensis ad Provinciam Cincinnatensem transferatur, et demum ut Vicariatus Apostolicus Columbiae Britannicae ad Provinciam Oregonensem pertinere declaretur, supplicatum, 532.
- SEMINARIA ECCLESIASTICA, 105, seqq., 270, 169
- Hujusmodi scholarum institutionem Ecclesia semper cordi habuit, 170.
 Eorum erectio in unâquâque dioecesi, vel saltem Provinciâ, Episcopis commendatur, inculcatur ac praecipitur, 171-4.
 Fideles ad Seminaria eleemosynis sustentanda excitentur, 171.
 Seminarium, quod parvum vocant, pro unâquâque dioecesi aut saltem Provinciâ constituatur; talis instituti magna utilitas, 175.
 Quinam in Seminaria minora admittendi; quibusque disciplinis pueri in eis imbuendi, 176, 181.
 Quae scientiae in Seminariis majoribus tradendae, 177, 178, 181, 534.
 In Provinciae Seminariis majoribus plura et praestantiora complectatur studiorum curriculum, 178.
 Quânam arte ad virtutem et vitam spiritualem informandi sint Seminariorum alumni, 179.
 Quo pacto ex uno Seminario in aliud admitti possint, 180.
 Quales literae testimoniales ab ecclesiasticis alumnis Episcopo exhibendae antequam in aliud Seminarium recipiantur, 322.
- SEPULTURA ECCLESIASTICA, 202, seqq., 125
- Pia Mater Ecclesia filiorum suorum corpora adhuc post mortem officii prosequitur, 388.
 Curent pastores ut Missa, praesente corpore defuncti, pro eo celebretur, 394.
 Quinam ecclesiastica sepultura privandi, 389, 390.
 Sepultura ecclesiastica iis deneganda quorum corpora sepeliuntur in coemeteriis sectarum; vel etiam in profanis, quando adsunt Catholica, 218, 391.
 Uno tamen vel altero casu excepto, 392.
 Praeterea ubi non sunt Coemeteria Catholica, si in Coemeterio profano separata terrae pars obtineri nequeat, in quâ corpora Catholicorum exclusive inhumantur, saltem locus ubi cadaver deponitur benedicatur oratione "Deus ejus, etc.", *ibid.*
 Quomodo agendum in dubio an quis defunctus a sepulturâ ecclesiasticâ sit arcendus, 389.
 De gratuitâ pauperum sepulturâ, 393.
 Pro jure exclusivo ad locum sepulturae pretium solvi potest, *ibid.*
 Usus pecuniae quae ex coemeteriis derivatur, *ibid.*
 Aatholicorum cognatorum et affinium corpora in Catholicorum sepulchris gentilitiis tumulari toleratur, 38
- SOCIETATES, 252, seqq.
- Societates ad libros bonos edendos et disseminandos constituendae, 499.
 Fovenda commendatur Societas quaedam pro libris Catholicis evulgandis; ejusdemque affiliationes constituendae et pecunia adjuvandae, 500, 501, 509.
- SOCIETATES PIAE. Vide CONFRATERNITATES.
- SOCIETATES SECRETAE, 260, seqq.
- Societates secretae semper ab Ecclesiâ Catholicâ damnatae, inter quas Liberatorum Muratorum secta, 511.


	Pag.
A Pio Papâ IX. reprobandae ac condemnandae declarantur; iis aggregati vel faventes gravissimis poenis plectuntur, nominatim vero excommunicatione ipso facto incurrendâ, et ipsi Summo Pontifici reservatâ, 512.	
Nemo sacramentali absolute donetur nisi ab hujusmodi societatibus progressus recedat; obsecrantur fideles ut illas omnino declinent, 513.	
"Socii Singulares," Filii Temperantiae et alii ejusmodi coetus, Bullis Pontificiis comprehenduntur, 514.	
An et operariorum, aliique hujusmodi coetus? 515-8.	
Quid eâ de re sentiant Patres, 519.	
Si novae exurgant de occultis sectis difficultates, ad S. Sedem, omnibus adamussim expositis rerum adjunctis, si detur occasio, recurrendum est, 520.	
Monentur fideles ut damnatis sectis omnino abstineant, 521.	
Immo iis etiam coetibus qui districtissimis Ecclesiae censuris haud comprehendi videantur, 522.	
Maximâ curâ caveant Ecclesiae filii ne perniciosissimas illas nostrae aetatis conjurationes ineant, 523.	
SODALITATES, 221	
Ad providendum efficacius scholis parochialibus Sodalitatum seu Congregationum piarum multiplicatio commendatur, 432.	
<i>Vide CONFRATERNITATES.</i>	
SOMNAMBULISMUS. <i>Vide MAGNETISMUS.</i>	
SPIRITISMUS, 29, seqq.	
Ejus hallucinationes, 36.	
Quaedam saltem quae in circulis ejus exhibentur phaenomena, a Satânico interventu sunt repetenda, <i>ibid.</i> , 37.	
Quomodo diabolicis istis assultibus resistendum, 37, 38.	
Cur multi infaustis hisce temporibus per Spiritismi hallucinationes a diabolo decipiantur, 39.	
Duces ejus Christum Dominum ejusque sanctam Religionem respuunt, 40.	
Catholici fideles nullâ ratione ei faveant, 41.	
STIPENDIUM, 190	
Licet accipere stipendium justum ad celebrandam Missam, quam quis pro alio celebrare non tenetur; nullus plus neve regulariter minus exigat, quam Ordinario opportunum visum fuerit, 369.	
SUPERPELLICEUM, 94, 95	
In sacris functionibus utendum, 149.	
Quale esse debeat, 150.	
SYNODI DIOECESANAE, 50, seqq.	
Ecclesiae lex generalis super Synodis dioecesanis, 63.	
Utilissimae, non tamen absolute necessariae sunt, 64.	
Finis Dioecesanis Synodis praestitutus, 65.	
Quinam ad eas accedere teneantur, 63, 66, 69.	
Quam frequenter celebrandae, 63, 67.	
TITULUS, 170	
Titulus aliquis canonicus ad Ordinationem necessarius, 323.	
Facultas harum Provinciae Episcopis hucusque concessa ordinandi titulo missionis, die 24. Jan. 1868 protracta, 323 <i>et in subjectâ annotatione 1^a.</i>	
TOLERANTISMUS. <i>Vide INDIFFERENTISMUS.</i>	

	Pag.
TRANSCENDENTALISMUS, 27	
Infidelitatis quaedam species est, 32.	
TRINITAS, 15, seqq.	
Exponitur S. S. hoc mysterium firmiter credendum, 17.	
Trium divinarum personarum in salutem hominum cooperatio, 18.	
Simplicitas fidei in hoc mysterio docendo servetur, 19.	
Eo mysterio sublato, Religio Christiana penitus destruitur, 20.	
UNITARIANISMUS, 26, 27	
Perniciosus Unitarianorum ac Universalitarum systematibus, hisce in Statibus in diem crescentibus, obstant Episcopi et animarum pastores, 31.	
UNIVERSALISMUS. <i>Vide UNITARIANISMUS.</i>	
UNIVERSITAS, 228	
Utrum tempus advenerit hisce in Provinciis Collegium aliquod maximum, seu Universitatem instituendi, Patribus perpendendum relinquatur, 451.	
VESPERAE, 197, 187	
Integrae decantentur, idque juxta ritum in Caeremoniali descriptum, 379.	
Valde exoptandum est ut cantûs Gregoriani rudimenta in scholis parochialibus exerceantur, 380.	
Carmina vernaculo idiomate inter Vesperas decantare non licet, 361.	
VESTES, 93, 94, 207	
Domi vel in templo, veste talari semper utantur Clerici, 148, 149.	
Cum foras prodeunt, vel in itinere, breviori quâdam indui liceat, quae tamen nigri coloris sit, et infra genua producat, 148.	
Veste talari et superpelliceo in omni sacro munere obeundo utantur Clerici, 149.	
Monentur Praesules ut, quoad vestes Episcopales deferendas, Caeremonialis Episcopalis praecepta, et consuetudines in Ecclesiâ Romanâ probatas accurate servent, 403.	
VIATICUM, 142	
Sacerdotum obligatio erga S. S. Viatici administrationem, 262.	
<i>Vide COMMUNIO INFIRMORUM.</i>	
VICARIATUS APOSTOLICI, 266	
Novorum Vicariatuum Apostolicorum erectio a S. Sede postulat, 524.	
VICARII APOSTOLICI, 47, 48	
Praxi et consuetudine hisce in Provinciis firmatâ, voto decisivo in Conciliis Provincialibus pollent, in 1 ^a annotatione n ^o . 60 subjectâ.	
VICARII FORANEI, 55	
<i>Vicarii Foranei, seu Decani rurales</i> ab Episcopo designari poterunt; quatenus eorum munia, 74.	
VICARIUS GENERALIS, 54	
Quam personam gerat; quid possit, 72.	
Cum sit Archipresbyter, omnes alios in dioecesi Presbyteros et dignitates praecellit, <i>ibid.</i>	
VITA ALTERA, 17, 18	
Vitae aeternae existentiam semper docuit Ecclesia, 21.	
Damnatur error quorundam, vel aeternam poenarum durationem denegantium, vel earundem severitatem mitigantium, <i>ibid.</i>	

	PAG.
ZELUS,	229, seqq.
Quanto zelo salutis animarum procurandae incumbere debeant Christi sacerdotes, 452.	
Opus a Se coeptum ab Apostolis eorumque successoribus consummandum mandavit Christus, 453.	
Apostolorum et potestatis et officii haeredes esse Novae Legis sacerdotes, semper tenuit Ecclesia Catholica, 454.	
Opus sibi demandatum, salutem scilicet animarum, jugiter perficiant sacerdotes, 455.	
Idem igitur quod fecit Christus faciant sacerdotes, et eadem potestate, iisdem mediis, eundem in finem, 456.	
Quapropter naturalibus mediis supernaturalia addant oportet, 457.	
Sacerdotum zelus ex fide quae per charitatem operatur, derivetur, 458.	
Ideoque sint ipsi impolluti et sancti, 459.	
Eorum zelus sit purus ac omnis humanae sordis expers, 460.	
Commodis et voluptatibus animum suum non intendant, 461.	
Prudentiâ scientiâque dirigatur sacerdotum zelus, 462.	
Eâ nempe prudentiâ quae desursum est; eâque scientiâ quae partim humana, partim divina est, 363, 364.	
Sit eorum zelus patiens et perseverans usque in diem retributionis, 465-7.	
In illud praecipue incumbat sacerdotum zelus ut vitia fortiter reprimant, evellantque, 468.	
Dominici festorumque dierum observationem modis omnibus commendare curent, 469.	
In eliminando ebrietatis vitio omne studium ponant, 470.	
A theatris ac scenicis ludis prudenter fideles avertant, 471.	
Choreas immodestas insectentur ac damnent, 472.	

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



OTE